This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

1614.19.fm.

Math. 1157

Math. 1157

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

VEGETIVS CHRISTIANVS,

Seu

SCIPIONIS RENATI INSOMNIORVM LIBRI SEX,

De totâ arte militari, ad Turcam seriò, citò, tutoque debellandum.

AVTORE

F. PHILIPPO BOSQVIERO CAEsarimontano, Ord. D. Francisci Prou. Flandriæ.

AD IACOBVM VI. MAGNAE BRITANNIÆ Regem Serenissimum.

1. Cor. 1. *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.*

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud Ioannem Crithium, sub signo Galli. ANNO M.D.CXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

IACOBO VI DEI GRATIA,

MAGNAE BRITANNIAE, FRAN. ET HIB. REGI SERENISSIMO,

FIDEI DEFENSORI, MARTYRIS CHRISTI INVICTISSIMAE, MARIAE STVARTAE SCOTORVM REGINAE FILIO &c.

F. Philippus Boſquierus Cæſarimontanus, Franciſcanus, S. & beatam æternitatem.

EST *mihi neſcio quæ Superorum beneficio ingenita*, a & de vtero matris meæ egreſſa mecum, *quæ &* ab infantia mea creuit mecũ miſeratio (SERENISSIME REX, INVICTISSIMAE MARTYRIS CHRISTI FILI) *in* a Iob 31.

Digitized by Google

omnes aut diuinitùs afflictos, aut humanitùs per vim obpressos, etiàm ignotos (studio cuius iàm semel & iterùm manifestissimum capitis incurri periculum) potissimum verò in Christos domini Reges, vtpotè Maiestatis Dei inuisilis visiles imagines atq; animatas. Itaque cùm primùm in [b] *historia Passionis* MARIAE, *Serenissimæ Scotorum Reginæ, Martyris Christi inuictissimæ, dulcissimæ Matris tuæ, ab homine Gallo eius quondàm (vt opinor) domestico conscriptâ, legissem, te vix dùm natum in vtero propè extinctum fuisse, incusso videlicet matri tuæ prægnanti nimio horrendoq; terrore, ad mortem q; obliquè petitum, cùm scilicet à tribus aut quatuor laruatis armatisq; percussoribus religionis aduersæ viris, in secretius cubiculum* MARIAE STVARTAE *Reginæ tunc Scotorũ Serenissimæ ex improuiso irruentibus, Dauid secretorum eius ac Regni sacramẽtorum conscius (intercedente licet, & vterum prægnantem pro illo obiiciente matre) ad mortem peteretur ac trucidaretur: & iterùm, cùm non ità pridem etiàm inaudîssem, à nescio quibus Anglici generis hominibus, zelosis fortassis,* [c] *at non secundum scientiam, vitam Regiæ Maiestatis tuæ anno 1603. mense Septembri,*

[b] Tit. Martyriũ Reginæ Scotiæ.

[c] Rom. 10.

ite-

iterum q. anno 1605. 1. Nouemb. fuisse tentatum perhorrui, doluiq; sanè vehementissimè. sed & ipsis tentatoribus & nimis volonibus parricidis illis iratus fui, quantum potui & debui, cũ quia Reges & Christos suos tangi prohibet Deus, tum quiâ nescio quo modo semper te colui, animoq; tantumnon adoraui, natum scilicet tali matre optimâ, sapientissimâ, & (quod caput rei est) Martyre Christi inuictissimâ, MARIA STVARTA,[d] *dilecta Deo &* [d] Eccl. 46
hominibus, cuius memoria in benedictione est, homo priuatus (ne indignêre, aut dedignêre, SERENISSIME REX) *hominem, imò Heroem negotijs maximis, & panè cælo gerendo natum, & amplissimæ Britannorum Insulæ, & plurimorum in ea amplissimorum regnorum, imò & alterius orbis (vt Britanniam vestram* [c] *Solinus, cum Poetis nonnullis, appellauit) Regem;*

[c] Iul. Soli in Polyhist. c. 35.

[f] Et penitùs toto diuisos orbe Britannos, [f] Virg. Ecclog. 1.

Scotosq; & Hibernos è throno sub se cernentem: homo vix mediocriter doctus, Regem vndequaque doctissimum, & vel hoc nomine tantò Regibus plerisq; æui sui illustriorem,

Digitized by Google

g *Iuuena. Sat. 7.*

g Quantò Delphinis Balæna Britannica maior,
(*vt est ea Regum Angliæ laus quasi propria*) *doctrinâ valere, quemadmodum in Henrico VIII. illo aliquãdo acerrimo Hæreticorum impugnatore, qui, à libello in Lutherum scitissimè conscripto, meruit,*

h *Surius in hist. ad ann. 1522.*

h *ore Pontificis Maximi, in amplissimo PP. Purpuratorum Concilio,* FIDEI DEFENSOR *appellari: & in Elisabethâ deindè eius filiâ,*

i *Hieronym. Osorius Episc. ep. ad ipsam Elisabetham.*

i *Græcis Latinisq; literis doctâ, videre fuit: homo, scribentium, & chartas vexantium & oblinẽtium nouissimus, primum & disertissimum Angliæ scriptorem, Regem hâc saltem vnâ re Alexandro ipso verè Magno maiorem, Britanniæ Salomonem, & Regum eius Phœnicem: denique, homo Franciscanus, & Minorũ minimus,*

k *Virgil. 2. Æneid.*

k Cuncta Equidem tibi, REX, fuerint quæcunque, fatebor,
Vera, inquam, nec me Argolicâ de gente negabo:
Hoc primum. Nec si miserum fortuna *Philippum*
Finxit; vanum etiam mendacemq; improba finget:)
Regem opulẽtissimum potentissimumq; sed tamen, Regem socij Ordinis, id est, Dominicanorum amantissimum (vt audio) vt qui nuper eximij Magistri nostri Coiffetæi,

Prio-

Digitized by Google

*Prioris Dominicanorũ Parisiensiũ meritissimi, libellũ apologeticũ Gallicum, breuiter, neruosè (vt est homo doctissimus) ac reuerenter scriptum gratissimum habuerit, imò etiam (vt fando ad aures nostras peruênit) publicæ fidei literis datis, Autorem accersiuerit, coràm videre & audire voluerit, visum auditumq; amauerit: (sunt enim hi duo Ordines mendicantium, Dominicanorum atque Franciscanorum, ità coniuncti, ab illâ Patriarcharum ipsorum primùm sibi occurrantiũ, consalutatione, & illo Christianæ coniurationis verbo (*STEMVS SIMVL*) cum tamen antea nunquàm alter alterum vidisset, vt qui vnum nôrit, ambos nouerit; qui vnum læserit, ambos læserit; & qui vnum amârit, amárit & alterum.) Miseratio ergo tuæ Maiestatis, sic per summũ nefas aliquoties ad mortem adpetitæ, summa me, nescio quo occulto naturæ ductu, corripuit, & ira in perduelles illos, & nefarios vitæ regiæ insidiatores, quanta debuit, agitauit. Sed & valdè misertus sum nuperrimè Serenissimi Poloniæ Regis* SIGISMVNDI, *cùm illum legi, ab Ottomannidâ nescio quo Turcarum Tyrãno, literis insolentissimis, & spirantibus minarum, & cædis in discipulos Domini fuisse salutatum, aut potiùs (vt sub bar-*

Digitized by Google

barbarè, de tanta barbari barbarie, pace Regis Latinissimi, id est tua, dicam) desalutatum, diris deuotum, & plusquàm Aeacidinis terroribus vexatum. Fateor,

m Virg. Eneid. m. Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit;

ac vix etiàm credidi, vel à Tyranno, non dico ad Regem amplissimum, sed ne ad mācipium quidem triobolare ac proiectà vilius algà, literas tam Neronianas, tam Rhadamantæas, imò tam ferinas dari potuisse. Itaque in ipso miserendi ardore, & flagrante Barbari delicto, conatus sum nescio quæ regia somnia somniare, & Vegetium aliquem Christianum comminisci, qui sex totis libris docere niteretur, ecquibus tādem artibus posset Regi SIGISMVNDO succurri, imò non SIGISMVNDO tantum, sed & toti Christianismo, tàm ei qui Romanè Catholicus est, quàm ei qui nouè reformatus vulgò nominatur (omnibus enim æquè inhiat cetus ille Hellesponticus, & Cerberus trifaux, tàm Papisticis, quam Expapisticis Ecclesiis; & si quas aut indutias, aut fœdera, cum nonnullis harum aut illarum partium, ferit, eo studio ac dolo malo ferit, vt membratim, & quasi capillatim, non simul ac semel, quamcunque Christiani nominis sectam discerpat, singillatim q. & (vt sic dicam)

dixam) *metallitim, alios post alios, alijs alios non adiutantibus ac deserentibus, sub iugum suum mittat, ac solus regnet:*) *hoc* (*inquam*) *conatus sum ego homuncio, nihil veritus communes istas vulgi obiectiuncu-las: Quid Monacho & Franciscano cum Bello?* [n] quæ conuentio Christi ad Be- [n] 2. Cor. 6.
lial? quæ societas luci ad tenebras? *quid Omphalæ cum sagittis clauaq; Herculis, &* [o] Virg. Æneid.
pelle Leonis? [o] Sinite arma viris, & cedi-te ferro. *quid facit homo penè à rastris ad claustra adductus, ibiq; tota vita quasi clathratus nunc ex professo de castris, vti miles aut Imperator pro rostris, declamitans? sed neq; pertimescens eorum iudicia, qui forsitàn, lecto hoc Vegetio meo Christiano, de me idem, quod olim Annibalem Ephesi apud Antiochum exulantem, de Phormione Philosopho illo Peripatetico dixisse ferunt, postquàm aliquot ille horas de Imperatoris officio, deq; omni re militari, elegánter copioseq; dixisset. Tùm enim, cùm cæteri, qui Philosophum audierant, vehementer essent delectati, quæsissentq; ab Annibale, quid ipse de illo iudicaret, hic Pœnus non optimè Græcè, sed tamen liberè respondisse fertur:* [p] Multos se deliros [p] Cic. li. 2. de Orat.
senes sæpè vidisse, sed qui magis, quàm Phormio deliraret, vidisse neminem.

Digitized by Google

q Cic. ibi. *Neque mehercule iniuriâ (ait q Cicero) quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quàm Annibali, qui tot annos de Imperio cum pop. Romano omnium gentium victore certâsset, Græcum hominem, qui nunquàm hostem, nunquàm castra vidisset, nunquàm denig. minimam partem vllius publici muneris adtigisset, præcepta*

r Horat. *de re militari dare?* r quod Medicorum est

Promittunt Medici, tractant fabrilia fabri.

Nihil enim tale timui, quòd nõ ego qualis Phormio, qui præcepta belli ipse excogitem, & ea quasi mea proferam aut sanciam, sed qui dumtaxat Ducum at q. Imperatorum olim summorum consilia, & fortia facta, ex omni historiâ priscâ nouaq. (quæ

s D. Greg. Nazian. ad Nicobulũ patrẽ. Nicobuli filii nomine. s *Nazianzeno* conglobata quædam & coaceruata sapientia est, hominumque multorum mens in vnum collecta) *eruo & colligo, sæpè etiam nihil aliud quàm interpretem ago eorum, quæ à summis viris sunt constituta. Deinde, quòd non Annibalis dicta aut iudicia omnia pro oraculis sint habenda, qui scilicet aliquandò etiam fœdè iudicio lapsus sit, vt cùm summos Duces enumerans apud Scipionem, se Scipioni ipsi, qui se tamen vicisset, præfer-*

re

Digitized by Google

re ausus est. Præterea; quòd ausus sum talia Monachus, vt Monacho talia audente, cæteros, qui eadem fælicius possunt, & non faciunt, inerter hîc agere magis pudeat, in tantâ rerum Christianarum perturbatione, ac penè desperatione; &, si qui aliquid hic iam ausi sunt & conati, alacriùs deinceps currant, vt vel Monachum concursorem anteuertant. Insuper; quòd etsi Monachi sumus, tamen tantâ belli Belgici diuturnitate, nati sumus inter arma, & educati; & sæpè diuq; inter arma bellaque, domestica & extera, vel inuitè versati; sæpè è claustris nostris bello exturbati; sæpè inter milites, vel hospitio diario receptos, vel in hybernis defixos, æpulati; nõnunquàm inter tubas & tympanorum sonos concionati; in aliquot vrbibus captis deprehensi; vel nolentes, nostroq; malo sanè maximo, maxima sæcularis militiæ sacramenta discere sic coacti sumus, vt cum libeat, liceat, & facile sit de ipsis quoque non ineptissimè disserere. Ne denique dicam, res multorum regnorum, vel iàm collapsas, vel labantes, sæpè hominum priuatorum, etiàm Sacerdotum ac Monachorum, consilijs, aut restitutas fuisse, aut potuisse restitui. Nàm idcircò Elias Carmelita ille priscus, à suo Elisæo dictus Cur- t 4. Reg. 2.

rus

rus Israel, & auriga eius. *Nec est ignotum,* [u] *Ioiadæ Pontificis industria, Ioas Regem, cæsa Athalia vsurpatrice regno fuisse restitutum.*

[u] 2. Par. 23

[x] Virg. 2. Æneid. *Et si fata Deum, si mens non læua fuisset: Laocoon Sacerdos*

Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras,

Troiaque nunc stares, Priamique; arx alta maneres.

His ergò fretus, hæc ausus sum. Fœliciterne autem, an secùs, perfecerim, militum esto iudicium; scio tamen quantis vigilijs, quàm multorum comparatione ac lectione librorum exoticorum, & ad studia ac professionem meam parum facientium, qualibus consultationibus, & cum quibus, quamq; frequentatis, vel tantillum hoc, quidquid est, egestati meæ constiterit. Circumspicienti verò mihi, eccui tandem abortiuum hunc, & penè extusum ex vtero illo miserationis meæ fœtum, consecrarem, [y] Oratorē Terræ Sanctæ. *tu mox,* SERENISSIME REX, *vnus ac primus occurristi dignissimus, cui dedicarem (cùm scilicet iam* [z] Quatuor tomos in Parabolã Prodigi Euang. Latini facti in Germania. *Pontifici Opt. Max.* PAVLO V. *Christianorum omnium post Christum primo parenti; deindè & Christianissimo* [z] *Regi* LVDOVICO XIII. *Ecclesiæ Primogenito, ac* [a] *denique* PHILIP-

[a] Legatũ Apostol.

PO

PO III. *Catholico Hispaniarum ac meo Regi Clementissimo, cuique suum, iàm dicárim.) Illum ergò tibi* SERENISSIME REX, *dico & sacro, partim honoris ac reuerentiæ ergà Regiam Maiestatem Tuam meæ testandæ ergô, partim (& hoc fatebor ingenuè) studio, ac spe auxilij à te multiplicis eliciendi afflictis rebus* REGIS SIGISMVNDI. *Honoris (inquam) ac reuerentiæ ergò, erga serenissimam Maiestatem tuam. Nàm profectò, tolle tantùm Sanctorum aliam Communionem, & illas in Religionis negotio dissensiones, quibus alteri ab alteris distinguimur; vix quisquã est in Principibus exteris, qui tamen Christiano nomine censentur, in quem diligendum, suspiciendum, ac penè adorandum, magis rapiatur animus, quàm in* IACOBVM *Britanniæ magnæ Regem, quamuis ne vultu quidem mihi notum, heroicis autem virtutibus, & ingenij monimentis illustribus, notissimum. Nàm quem amet homo Belga propensiùs, quàm Regem Anglorum Belgis vicinissimum?* [b] Notitiam, primosq́ue gradus vicinia fecit: *(nam Angliam vestram audio, ad Meridiem satis angusto freto à nostro Belgio dirimi; sed & commercijs vltrò citroq́ exportatis importatis coniungi, peneq́ vestimentis si-*

b *Ouid. H. Retam.*

mi-

milibus vti: adde &[c] *vrbanitatibus, sed &*[d] *connubialibus cæremonijs penè paribus nobiscum conuenire.*) *Quem religiosius colat homo Burgundicæ ditionis, quàm Regem Regis Catholici socium, Regem Gentis Anglorum Burgundionibus sic coniunctæ, vt socijs sæpè armis olim Burgundiones Angliq; domi forisq; commilitârint, & iàm quoque alta ac firma pace copulentur? In quem homo Bigens, ex Gallis scilicet VValonibusq; oriundus, proclinet magis, quàm in Regem Bigentem quoque, &* (*vt sic dicã*) *Scot-Anglum, sed qui iampridem instar* lapidis angularis, fecit vtraque vnum: vnum ouile, & vnum pastorem *populorum, quà scilicet politia laica spectatur, &*[e] *Gagatis lapidis Britannici more*, qui dicitur attritu calfactus applicita, æquè vt succinum, detinere, *cum Anglis regiè familiariter q; versatus, Anglorum animos mirè rapuit, arctissimeque sibi adiunxit? Quem homo in Monasterij sui angulo latens corpore, animo autem & voto inter Angelos cupiens conuersari, colat deuòtius, quàm Regem in Angliâ, id est (vt quidam volunt) in Orbis angulo, & in Insulâ toto orbe submotâ, quasi quodam Aquicinctensi Laicorum monasterio imperantem, ibique inter penè tot Angelos,*

[c] Polyd. Verg. li. 4. Inuent. c. 13.

[d] Idem li. de Inuent. c. 4.

[e] Iulius Solinus in Polybiforc. 35.

inter

Digitized by Google

inter quot Anglos viuit, ius dicentem? Nàm præterquàm, quòd Gentem Anglorum dici nonnulli putant, quasi Angelorum per Syncopen, ab Angelâ Reginâ illâ, quâ Duce Angli Saxoniæ populi, Britones vetores colonos emigrare compulerunt; etiàm Anglos tàm proceræ iustæq́ staturæ, tã venustæ tamq́ niueæ faciei videmus, Anglicas autem matronas tàm formosas, tamq́ decenter vestitas inaudimus, vt quot Anglos aut Anglas quis videat, tot Angelos atque Angelas aut os humeroſq́ Angelis similes videre se arbitrari possit. Et certè ferunt, D. Gregorium illum Magnum aliquandò forum Romanum pertrãseuntem, visis pueris formá pulcerrimis, venustissimis, capillorumq́ nitore conspicuis, in catastâ venalibus, ac sub coronâ prostantibus, cùm ex mercatore quæsîsset, eccuius essent Gentis, *Britannoſque esse intellexisset, cuius Insulæ incolæ simili cãdore fulgerent, nec adhùc Insulam eam Christo nomen dedisse, tùnc altùm ingenuisse, ac dixisse:f* Proh, dolor! quàm splendidas facies possidet Princeps tenebrarum! *cumq́ præterea audisset, Britanniæ populos, Anglicos vulgò adpellari, subiecisse:* Benè Anglici, quasi Angelici, *quoniàm Angelicos vultus habent, can-*

f *Vide Bedam lib. 2 c. 1. hist. Angl. Et lib. 1. c. 21. vitæ S. Gre. apud Ioa. Diac.*

Digitized by Google

Et legēda aureā in S. Gregor.

cantantes si etiàm audisset, credo, Archangelos vocaturum fuisse.

g Virg. 1. Æneid.

g Namque haud tibi vultus (ô Angle)
Mortalis, nec vox hominem sonat, ANGLO SIT GLORIA CANTVS.

h 2 Reg. 14

h Sicut Angelus Dei, sic est Dominus meus Rex.

i Act. 6.

i Intuentes eum omnes qui sedent in Concilio, vident faciem eius, quasi faciem Angeli.

Quem homo totus Catholicus, & Sacrorum Regis intra aut vltra Alpes, quæ à candore niuium, quibus ferè perpetuis albescunt, ità dictæ sunt Sabinorum pronuntiatione, qui Alpum dicebant, quod Latini postea Album dixêre, sedentis, & ex Albula (id est Tyberi (Italiæ fluuio, ex Apennino Romam perfluente, ab albo colore sic dicto, potantis cliens fidelissimus, colat ardentius, quàm Regem ei Insulæ dominantem, quam k *Cæsar*, l *Beda & alij* Albionem *seu* Albaniam, *&* Albain *etiamnùm auitâ linguâ dictam scribunt.* m *ab albis illis rupibus, quæ primùm illùc nauigantibus apparent, ex quibus cretaceis illis lapides, quorum in abacis calculatorijs vsus est, excinduntur, at q. ad nos aduehuntur: ità scilicet solet amicitia similitudinis*

k Cæsar in comment. l Beda in sua Angl. hist. c. 1. m Müste. lib. 2. Cosmogr.

Digitized by Google

dinis esse aut comes aut filia. Cui homo fidei maiorũ adhærescere iuratissimus, consenescere, & immori paratissimus, & (si Superis sic visũ) intereũdi pro eâ, ad faciliorẽ pleniorem q̃ peccatorũ veniam, cupientissimus, deuotiùs affici possit, quã Regi eius Prouinciæ, quam olim[n] PRIMOGENITAM ECCLESIAE FILIAM *dixêre? Cui, quã Regi filio Martyris, ac testis eiusdem fidei sanè gloriosissimæ? Cui, quàm Regi titulum illum speciosissimum* FIDEI DEFENSORIS *gerenti, quem pace omnium liceat dicere illo Regum Galliæ* (CHRISTIANISMI) *& illo Hispaniæ* (CATHOLICI) *pleniorem, ac nescio quid maius subindicantem, ac sonãtem, cùm vterque ille Contemplationis tantùm ac Pacis esse videatur, vester autem prætereà etiam Heroicæ Actionis, & Scriptorum & Armorum, vti*[o] Virtutis omnis laus in actione consistit. *Faxit Deus ille Opt. Max. precibus pientissimæ Matris tuæ* MARIAE *Scotorum Reginæ, vt quo modo titulus ille* DEFENSORIS FIDEI *Anglorum Regibus partus est, hæreses impugnando, & Ecclesiam Romanam tuendo; ita tu* SERENISSIME REX, *posteriq́ tui, ijsdem artibus semper tueri possitis, ac velitis! Quem denique homo, si non ad Critolai librum sapiens,*

n Nicolaus Sanderus de Schismate Anglicano, p. 1.

o Cic. lib. 1. Off.

piens, certè philosophus, & sapientiæ studiosissimus, si non valdè eruditus, certè totius ruditatis & ignorantiæ osor atque hostis acerrimus, eruditorum omnium cultor, ac penè idolatra (qui tot,

p Ouid. p Quot vates aderant, rebar adesse Deos,

q Senec. *cuiuscunque tandem Gentis ij essent;* q nūquàm *enim* in bonâ re me cuiusquam pigebit autoris: *cùm* veritas à quocunque dicatur, à Spiritu sancto sit, *vel Ambrosii senso:) reuerentiùs habeam, quā Regem Sapientem, quotidiè philosophantem, scribentemq́, aut potiùs Philosophum coronatum, in Angliâ regnantem, & Britanniæ Salomonem, dignum profectò, ad quem quoque Regina aliqua Saba, ex vltimis regni sui finibus, veniat visendi eius studio atque audiendi,* r quo Præside rerum,

r Ouid. 15. Metam.

Humano generi Superi, fauistis abūdè? *Igitur libens, reuerentiæ erga te meæ testandæ ergô, Vegetium hunc meum Sacræ* MAIESTATI TVAE *iàm dicaui, & sacraui. Auxilij verò à te multiplicis quoque spe Regi* SIGISMVNDO, *rebusq́ Ecclesiæ à Turcâ afflictissimis, quà à literis, quà ab Opibus, quà à Viris, quà à Nauibus, quibus non tàm abundas, quàm redun-*

dundas. A literis quidem. Nàm si à facie libelli tui, aduersus Paulum V. acerbiùs scripti, penè mota est terra, *penéq; inuectiuâ vnâ Superos (quod aiũt) & Acherõta mouisti; moueris profectò facillimè Cœlum & Terram, & omnibus Regibus Christianis mòx pro* SIGISMVNDO *arma indueris, si tantùm operæ in Turcá scriptis tuis agitando, & Christianis Regibus ad Syncretismum Sacrum in Barbarum illum cohortandis, horis subcæsiuis; ponere dignaberis.*

Tu potes vnanimes armare in prælia Reges.

Et verò (pace tuâ dixerim, REX SERENISSIME *) non paulò iustiores erunt Philippicæ tuæ in Turcam, quàm in* PAVLVM V. *Sacrorum Regem. Turcæ enim toto cœlo tibi disiunctus, totâ Religione differens, toto pectore tibi ac Regibus omnibus, Catholicis æquè & Hæreticis iuratissimus hostis, Regnorum omnium insessor atq; incubator inquietissimus, crudelissimus, & Barbaris omnibus æui omnis barbarior:* PAVLVS *verò* V. *Gente Italus est, cui vos Angli sono linguæ persimiles estis, corporumq; habitu ac moribus penè nihil discrepatis; Religione tecùm Christianus, tuus in Christo frater; Officio autem, Affectu, & Pietate,*

tate, etiàm Pater tuus, vt & Catholicorum omnium, cùm quibus si non es palàm, clàm fortasse cum ipsis es, aut (vti spero, & ominor) propediem futurus es. Nàm penè de te dixero, quod Rex Achis de Dauide: 1 Reg. 29 Scio, quià bonus es tu in oculis meis, sicut Angelus Dei: sed Principes Philisthinorum dixerunt: Non ascendet nobiscum in prælium. *Sed & Regibus omnibus, qui nomine Christiano censentur, conuenientius vtiliusq; egeris, si parcens* PAVLI V. *regali Sacerdotio à Christo Iesu autorato, tantò liberiùs diris, in Turcarum Tyrannicam superstitionem, à bruto illo ferinoq; homine Mahomete inuectam, vti deinceps cœperis. Sed hæc aliàs. Certè si Eruditionem, quà polles maximâ; si, quâ maximà vales, Eloquentiam, in obsequium Christi aliquandò tandem captiuabis, eiq; seruire iubebis; vnico tuo versu aut verbulo, ex aureo tuo diuinoque calamo emisso. & in Turcam quasi vibrato, plures in illum animaueris, atq; armaueris, quàm nos vulgus hoc tantùm, integrà aliquâ Iliade, vel Philippicis quatuor (quot Demosthenes vsus in Philippum) aut quatuordecim (quot Cicero in M. Antonium) aut illis decē, quas* PAVLO V. *superioribus annis dicabam⁹. Scripseris tantū, atq; edi-*

Digitized by Google

ederis aduersus Turcam vel Semiphilippicam vnicã, omnibus ingenij tui eruis eò intentis, & semel laiè apertis eloquẽtiæ tuæ cataractis; nemo non in Barbarum illum, in feram illam humano vultu laruatam, cum SIGISMVNDO *Poloniæ Rege in arenam tàm Thrasonicè prouocato, ad arma ad arma conclamárit; nemo non arma sumserit. Quid? etiàm mulierculas quascunq; vel timidissimas, & damis aut leporibus fugaciores, derepentè in Amazones aut Spartanas inuictas verteris; quantò magis Reges omnes Christianos, tuos armorum fratres fortissimos? Nemo nescit, quàm potens sis eiusmodi*

t *Virgil. Æneid.*

t AEre cieres viros, Martemque accendere cantu.

Vt quondàm vanè Pompeius terrâ pedepulsatâ sibi enascituros è terrâ milites in Cæsarem sperabat, sic nùnc verè nos, te calamo solo clarigante, aut classicum dante, fieri posse speramus, adeò vt si SIGISMVNDI *res pessum eant,* IACOBVS VI. *in vitio culpaq; ista præcipuus sit futurus,* Si nõ pauisti, *defẽdisti;* occidisti, *ait ille.*

Ab Opibus verò quis nescit? Nàm præterquàm quòd Anglia vestra præter opinionem veterum, qui eam adeò sterilem arbitrati sunt, vt ne scrupulum quidem au-

ri, argenti aut æris in eâ reperiri crediderint, hodiè mineralibus abundare deprehenditur (vnde & Baptista Egnatius scripsit:

Anglia clara opibus, & diuitis vbere glebæ; [u] *alius* auriferos Britannos *vocauit:) & penè tot Angelis cudendis aurum habere, quot Angelici spiritus initio creati sunt; dubitari omninò non potest Ærarium tuum mirè auctum esse, altissima scilicet ac longissima illa pace, quâ vos Angli fruiti estis, cùm interim nos Belgæ, Germani, Galli, cæteraque nationes, quæ in circuitu vestro sumus,* [x] *spectaculum facti fuimus* Deo, Angelis, *Angliscq́, & cæteris, proh dolor!* hominibus, *& exhausti ære priuo publicoq́, quo tempore commercijs cum omni gente, quæ sub cælo est, vltrò citroq́ habitis, vestrum auxistis. Quid, quòd Nauali nescio quâ victoriâ, eaq́ propè incruentâ, sub Elisabethâ potiti Angli, nescio quas plus quàm Attalicas opes adepti sunt, si qui tùm culpâ ac mutuâ Ducum ipse suorum inuidiâ, & amphibologiâ quadam imperandi, classem amisit, vulgò verè dictus est, nunquàm iactatam maiorem feciisse? Credo, tùm in vestrum alterum orbem, alterius orbis*

opum

[u] Ammianus.

[x] 1. Cor. 4.

Digitized by Google

opum quam maximam partem classe delatam fuisse, quas nisi nunc tuendo tuo armorum fratri SIGISMVNDO, & labentibus Ecclesiæ rebus fulciendis consecrâris, vereor, vt sis coram Deo causam dicturus. Vt silentio præteream, denarium illum D. Petri, & illas mille argenti marcas annuatim Ecclesiæ, septingentas scilicet pro Regno Angliæ, ac trecentas pro Regno Hyberniæ, à maioribus olim tuis, pendi solitas, adhùc penes vos esse. Maiores enim olim tui, (quod forsitan te latet, studiosè id dissimulantibus, teq; cælantibus Ministris, Ecclesiæ Romanæ parùm amicis, SERENISSIME REX) aureo illo nascentis in Britannia vestrâ Christianismi sæculo, adeò pij religiosiq; in Ecclesiam Romanam iàm tùm ab initio fuerunt, vt alij tributum annuum illi pēdi voluerint, alij non modò vectigales esse voluerint, sed & feudatarios quoque (vt loquuntur) Romani Pontificis se suosque constituerint. y Adulphus enim (seu a Andulfus) certè Angliæ Rex, is qui primus totius Angliæ obtinuit Monarchiam, religionis ergò Romam aliquandò veniens anno 847. coram Leone Pontifice eius nominis Quinto tributum S. Petro obtulit, ab vnaquaq; Regni sui domo argenteum nummum annuum, quem PETRI

y Martin. Polonus in Chronicis.

a Massæus li. 14. Chr.

Digitized by Google

DENARIVM idcircò appellârunt. Ioannes verò & ipse Rex Angliæ, anno Domini 1213. spontaneè de Baronum consilio obtulit libereq; concessit Deo, & Apostolis eius Petro & Paulo, ac S. Romanæ Ecclesiæ, ac Domino Papæ Innocentio III. eiusq; successoribus, totum regnum Angliæ & Hiberniæ, cum omni iure ac pertinentijs (vt vocant) pro remissione peccatorum suorũ, totiusq; generis sui viuorum & mortuorũ, & fecit, & iurauit homagium (sic loquuntur Baldi & Bartholi) pro prædictis regnis, Deo, & prædictis Apostolis, & Innocentio Papæ, vt ea deinceps tamquàm Feudatarius reciperet ac teneret ab ipso Pontifice eiusq; Successoribus, ad cuius indictum statuit, vt de propryjs reditibus prædictorum Regnorum, pro omni seruitio ac consuetudine, saluo per omnia denario B. Petri, [b] Ecclesia Romana mille marcas reciperet annuatim, septingentas pro Regno Angliæ, ac trecentas pro Regno Hiberniæ, saluis sibi & hæredibus suis Iustitijs, & Libertatibus, ac Regalibus, quod ipsum S. Ina quoq; Rex Angliæ dicitur præstitisse, magno pietatis suæ testimonio, & zelo imitandi Constantini illius Magni, & Helenæ matris eius, etiam vestratis, vt ego arbitror, qui Ecclesiam

[b] Lege epi. 46. Petri Blesensis. Avr. ol. VVion p 2. lig vita l. 5 c. 64 & 65 Spec histo riali li. 31. c. 7.

Digitized by Google

ſiam Chriſti mirè auxerunt, ac locupletarunt.

Non poteſt non eſſe opulentiſsimum Angliæ ærarium; quod vel indè patet, quòd eo propè vnico freti Cattorum poſteri AErarium Heſperium, Belgicum, Indicumq́; vnâ cum gente tot annos bella gerendo, ſi non exhauſerunt, certè multum attriuerunt.

De viris, nemo dubitat, vt quorum multitudo in Britanniâ tuâ tanta nunc ſit, vt vix ferat terra habitatores ſuos, tàm longâ ſcilicet pace haud dubiè auctiſsimos? cùm ſexennes aut ſeptennes dumtaxat noſtræ cum Hollandis indutiæ, ſic Belgas noſtros nùnc auxerint, vt Coloniæ ferè & examina ſint in alias vrbes orbesq́; emittenda. Deus bone! quam multos & quales viros dare poteſt Britannia ſuppetias SIGISMVNDO! *Eiuſmodi viros, qui olim Gallos, in armis & ad arma natam Gentem, Gentis Gentium victricis victricem, id eſt, quæ olim Duce Brenno fudit, vicit, cepitq́;*

c Romanos rerum Dominos, Gentemq́ue togatam, *vincere potuerint, ipſorum Regem tòtâ penè Galliâ excludere, Biturigibus includere, ipſi Pariſiis coronari, & rerum omnium potiri, ſi non vna Amazon diuinitùs miſſa virgo Aurelianenſis ſuccurriſſet: Gallos (inquam) quorum* c Virgil.

arma sola sic Romanos olim territabant, vt Annibal ipse ad portas. Eiusmodi viros, qui vni Iulio Cæsari vincendi seruati essent, cuius victoriis omnibus[d] æquoreos plus est domuisse Britannos.

[d] Ouid. li. 15. Meta.

Eiusmodi viros, quales habuit Troia; cũ bello decennali vniuersarum Græciæ viriũ pondus sola sustinuit (nàm certè Britanniam vestram à Troibus primùm excultam lego, qui excisâ Troiâ profugi, Palladis oracuio eò emigrauerunt.

Eiusmodi viros quorum maiores proceros illos Gigantes Insulam tùnc illam tenẽtes multis victos prælijs expugnârunt, ex quibus fortassis ille fuit, cuius ossa[e] anno 1170. in Angliâ detecta sunt, cuius corpus quinquaginta pedes longũ fuisse ferebatur.

[e] Christianus Massæus li. 16. Chron.

Eiusmodi viros quos B. olim Eugenius ad quæcunq; vellẽt animum adpellere, aut ingenium intẽdere dixit esse idoneos, & alijs præferẽdos, si nescio quẽ nænulum (aiebat) lenitatis adimerent: viros pugnaces (vt Marulus poeta vocat) viros audaces (vt Stroza filius) innatâ fortes grauitate (vt Ammonius) viros horribiles (vt Catullus) viros peruigiles ac minimâ contentos nocte Britãnos (vt Iuuenalis) viros bello intrepidos, staturâ proceros (turres animatas, & quasdã Gigantũ reliquias putes) sa-

[f] Iuuenal. sat. 2.

gitta-

Digitized by Google

gittarios iã olim optimos ſemper habitos, ac Dianæ ipſi arcitenẽti ferè inuidẽdos; viros famẽ tolerare, & g vilißimâ farinulâ pellere doctißimos, ſic ad bella cõpoſitos, vt dicas e orũ etiã puerperas, cũ mares ediderũt, primos cibos imponere gladio maritorum, inq; ora paruulorũ ſummo mucrone auſpicatũ alimentorũ leniter inferre, & gẽtilibus votis optare, vt nõ aliter, quã in bello & inter arma mortẽ oppetãt (quod de Hybernis ſcribit Solinꝰ:) viros ſuo i Gagati lapidi nigrogẽmeo apud ſe naſcẽti, qui aquâ ardeat, oleo reſtinguatur, perſimiles, id eſt, viros, qui aduerſis & laboribus roborentur, otio eneruẽtur, denig; viros amphidoxos, & vtrimq; animo ſc. & corpore glorioſos, planè dignos Anglia matre, quã nonnulli dictã volũt ab En *quod eſt* in: *&* Cleos *quod eſt* gloria *vel* laus, *quaſi dicas* gloriosã: *viros* k *inuincibiles, maximè* dũ peregrinantur; *ex* l *multis illis ſc.* qui rem ſuã benè gerũt, & publicã, patria procul. *Quo modò n. aliter? Si aliter, præpoſterè beneficia in Angliã fuiſſe natura videretur. An ſc. alma parens rerũ Natura in Angliâ canũ genus eiuſmodi creauerit, vt nuſquã gentiũ maius ferociuſq; naſci dicatur, non fortè in Moloſſiâ ipſâ, e quâ Moloſſi illi laudatißimi; non etiam in Canariâ, quæ (autore Plinio) à multitudine canum ingẽtis magnitudinis nomẽ ſumſit; viros autem*

g *De Scotis, vide noſtrum tomo 4. de Prodigo Euang.*

h *Solinus in Poly hiſt. c. 35.*

i *dẽ ibid. de Gagate*

k *Polycra. lib 6. c. 19.*

l *Cic li. 7. ep. Famil. ad Trebat.*

Digitized by Google

ipsos, terræ illius canumq; leoninorum Dominos, fortissimos quoque non produxerit?

De nauibus etiàm dicere superfluum, cùm Britanniam totam maria vndique sic ambiant, flumina sic intersecent, vt vel pedem domo efferre sine nauibus non liceat, totq; idcircò Britannia egeat nauibus, quot essedis, curribus, equisq; vsurarijs Belgæ, & imperium maris vendicare sibi possit, cui & possit quasi compedes immittere, possit nauibus operire, & nauali ponte regiones submotissimas sibi coniungere, & quasi cõsuere,

m Lucan. lib. 2. m Qualem fama canit tumidum super æquora Xerxem,

sed & à Draghi illius sui, marium omnium perlustratoris celeberrimi eruditione, posse ventis & mari imperare *videatur.*

Itaq; nihil tibi, SERENISSIME REX, *ad* SIGISMVNDVM *fratrem, aduersus Turcas, regni Polonici incubatores, adiuuandum, vimq; vi ab eo repellendam, deest.* Si vis, potes. *Parata & ad manum sunt tibi omnia, vt Regem illum, tuum armorũ fratrem, inhianti illi, iàmiamq; prensanti bellua Turcicæ possis eripere, nihil hùc, nisi voluntas tua desiderari possit. Absit verò,*

vt

vt cùm iam tibi adsint eiusmodi vires, abesse à te tàm laudandi conatus voluntatem quisquam existimet. An scilicet IACOBVS VI. *Magnæ Britanniæ Rex, à primo Britonum seu Brutonum Rege Bruto ità dictæ, (vndè & Anglos* Brutigenas[n] *Poeta quidam non malus, alius* Brutiadas *appellauit) cuius nominis hominibus penè (vt sic loquar) fatale fuit (saltem bis Romæ, sub Tarquinio scilicet & C. Cæsare) vel Tyrannidem iàm de libertate ciuium triumphantem amouere, vel iàm iàm minantem imminentemq́ arcere ferat, socium Regem* SIGISMVNDVM, *sic indefensum sub immane Turcarũ iugum venire?*

n Val. Varen.

An IACOBVS VI. *illius Britanniæ dominator, quæ à*[o] *Iosepho illo Arimathæo, viro in Christi iàm mortui verum corpus humanissimo, ad fidem conuersa est, eâ sit ipse inhumanitate in mysticum corpus Christi, vt videns volensq́ sinat, cùm tueri possit, illud canibus Turcicis prædæ esse?*

o Nic. Sanderus p. 1. li. de Schisma. Ang.

An IACOBVS VI. *literis humanitatis tàm eruditus, quàm fama & scripta eius stilo aurea loquuntur, adeò parùm homo sit, aut adeo inhumanus, vt humani nihil suum putet?*[p] Ingenuas didicisse fideliter arteis,

p Oui. l. 2. de Pont.

Emollit mores, nec sinit esse feros?

An

Digitized by Google

An IACOBVS VI. *ei Insulæ dominus, quæ* [q] *neq; lupos vllos, neque animalia vlla rapacia nutrit, sed blandarum ouium numero propè infinitarum nutrix est, ac talium quidem, vt suis* [r] *tenuibus velleribus Sericam mollitiem imitantibus, nescio quam hominum regionis suæ clementiam testentur, præsidium opemq́;* SIGISMVNDO, *ac reliquo Christianismo, denegando, faciat, vt Mahometanus ille lupus amphibius caro & piscis, dentibus infrendens in discipulos Domini Iesu, in nostræ ac vestræ viæ viros æquè omnes, in Christi oues omnes eius sanguine emtas, & pane caliceq́; eius mystico quotidiè pastas, superato* SIGISMVNDO, *& nùnc hoc, nùnc illo Christiano Rege deuicto, etiàm tandem in mediam Angliam viam vi sibi faciat, & plusquàm lupinam rabiem in suos Anglos exerceat, lupis syluestribus inassuetos?*

q Thom. Rad.

r Andr. Am.

An IACOBVS VI. *Humanitatis ipsius pullus, id est* MARIAE STVARTAE *Scotorum olim Reginæ gloriosissimæ, fœminæ mortalium humanissimæ, adeò vt humanitate suâ penè nimiâ perierit, degenerare in tantam inhumanitatem vnquàm possit, vt humanitatem adflicto Regi denegans, inhumanissimè tandem suum ipse Regnum.*

Digitized by Google

gnum, se suosque lupo Turcico raptori gregis Dominici immanissimo, dici aliquādò possit vel prodidisse, vel saltem perdidisse.

An IACOBVS VI. ad instar quorundam, nomen vacuum aut inane portet, illud (inquam) sanctum & venerabile nomen DEFENSORIS FIDEI, nomen illud Officij & Actionis, sic vt nihil neque cogitare, neque moliri velit, ad Fidei Christianæ in SIGISMVNDO periclitantis defensionem, solâ magni nominis vmbrâ contentus? Non erit, non erit in IACOBO isto VI. magni nominis vmbra (spero) non, sed res, sed veritas. Neque is, calamo tantùm, vt quondàm HENRICVS VIII. quòd sanè multum tùnc fuit, sed & ferro auroque fidem defendet, atque eò magis, quòd Turca, in quem Maiestatem tuam irritare conor, & armare (nàm quid dissimulem, homo artium simulandi & dissimulandi forsitàn peritus, sed à puero hostis iuratissimus?) non modò Fidei Romanæ Catholicæ hostis est (etsi eius fortasse maximè) sed etiàm eorum, qui è Romanâ discesserunt, cuius cuius tandem nominis, ac Regni sint. Nàm tantisper eos, qui extra Romanam sunt, desinit lacessere,

Digitized by Google

re, aut in amicis & confœderatis numerat, dùm Romanæ Ecclesiæ filios sub iugum mittat, tùm ijs victis (si fieri posset, sed Matt. 16. *portæ Inferi non prævalebunt aduersus eam) ad Lutheranos, Caluinianos, atq; ita ordine ad singulos omnes, quotquot Christiano adhùc nomine gloriantur, subiugandos venturus.*

Seriùs aut citiùs metâ properamus ad vnam.

t Iob 40. t Ecce absorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam, quòd influat Iordanis in os eius, *spe scilicet omnes Christi Ecclesias iam pridem Barbarus ille deuorauit. Tantisper his assentatur, vt istos fallat, amicitiam istorum petit aut admittit, vt his noceat; & his beneficia pollicetur, aut largitur, vt alijs auferat;* u Extat cap. in calce epp. Fr. Philelphi. *iamq; pridem se Dominum etiàm tuum scripsit, & iactauit, cùm in* u *epistolâ ad* LVDOVICVM XII. *se* Europæ regnatorem *scripsit, si te tamen fateris Europæum.*

Sed inquies forsitan SERENISSIME REX, *non calumniando, vt superius memorati, sed mirando; Quid tibi Monache cum hoc bello? Aut quid tibi potiùs mecùm, in hoc* SIGISMVNDI *negotio, quàm cum cæteris Regibus? Dicam ergò*

SE-

Digitized by Google

REGINISSIME REX, *ac respondebo tibi; quod quondàm Aphrates monachus* [x] *Valenti Imperatori Ariano hostiliter in Ecclesiam agenti, & quærenti, cùr ille extra chorum appareret, extra desertum & in plateis? Facere scilicet sibi id licere, quod puellæ in paternarum ædium thalamo custoditæ, quæ flammis voracibus totâ iàm domo grassantibus, si prudens prouidaq́. est, laudabiliter egrediuntur, hùc illucq́. instar furiè bacchantis cursitat, totâ vicinià ignes nunciat, inclamat, opem implorat, aquamque poscit, ac nihil non facit, vt incendium paternarum ædium extinguat. Similiter, Turcá in domum Dei, quæ est Ecclesia, flammam sacrilegam immittente, mearum fuisse partium, priuatis contemplationum studijs tantisper non tàm relictis, quàm intermissis, incendium hoc, si possim, obprimere, aut potiùs alios, vt opprimant, adhortari;*

[x] Theodor. trip. hist. li. 4. c. 24.

Tùnc tua res agitur, paries cùm proximus ardet.

Damnari quoque à [y] *Cicerone Philosophos, qui nunquàm ad Rempub. accedant. Christum etiàm ipsum, ter oratione desertì, ter quaterq́. ad discipulos, importuno tempore in horto dormientes, excitandos accessisse. Præterea; cuiuslibet vectoris esse,*

[y] Cic. li. 1. Off.

***

Digitized by Google

se, naue communi periclitante, vociferabit, opitularig. Vel [z] anseres clamantes, tacentibus canibus, cùm nocturnâ Brenni irruptione periret Capitolium, Romanis saluti fuisse, laudemq; idcirco & annuum cultum meruisse. Denique; quis tàm [a] Atys, tamque natura mutus, vt Cyri milite iàm iàm Crœsi patris iugulo ferrum imprimente, linguæ vinculum non abrumpat, vt patris interitum deprecetur? Respondero etiàm, SERENISSIME REX, agi mè genio quodã Ordini D. Francisci proprio. D. enim Frãciscus ipse Legislator noster aliquoties Reges Mahometanos adyit, & coràm bellauit gladio spiritûs & verbo Dei. Idem aliquoties suos eodem destinauit. Idem & sectatores pleroſq; multos habuit huius Sacri belli incentores, ac penè Duces. [b] Ioannem enim Capistranum, Bigentem illum Franciscanum, virum non minùs vitæ sanctitate, quàm eloquentiâ celeberrimum, Calixti III. Pontif. Max. iusso, Germaniam suis concionibus ad Crucem in Barbaros assumendam excitasse, ac Turcarum terrorem cum Huniade extitisse; adeò vt [c] scriptor quidam Germanus fidenter scripserit, omnium, etiàm præstantissimorum virorum, iudicio, quidquid hoc bello Huniadæ benè factum est, aut

z Plut. in Camillo.

a Herod. lib. 2.

b F. Petr. Rodolphius li. 3. hi. Seraphica fol. 322.

c Iohãnes Herold in Panegyri. pag. 49.

Digitized by Google

aut huius Capistrani fælicitati, aut cõsilijs adscriptum fuisse; *adeò vt vni ante omnes B. Francisco liceat distichon hoc vsurpare:*

[d] Hæc mea militia est, gerimus, quæ possumus, arma, d Ouid. li. 2. Fast.

Dextraque non omni munere nostra vacat. *Hæc Diogenis huius Christiani rotatio ac versatio vasis sui, alijs alia interim actitantibus. Deindè; quis nescit, Monachorum atque Eremitarum, consilijs etiàm aliquandò maximos Imperatores vsos? Certè* [e] *Ioannes Cassianus refert, Iohannem quendam monachum, apud Lycum Thebaidis oppidum commorantem, obediendi simplicitate donum prophetandi consecutum, in magnis bellorum difficultatibus, Theodosium Principem, ne cum hoste congredi timeret, suis animâsse oraculis, certissimo victoriæ euentu; ità vt ille deinceps nullum, nisi consulto monacho illo, certamen iniret. Anachoreta, seu Eremita* [f] *Episcopatûs Ambianensis etiàm fuit, natione Gallus, qui Vrbanum Secundum permouit, vt Claromontem Aruerniæ vrbem adiret, ibiq; luculentâ oratione principes Christianos in Turcam armaret, & Gothifredo Bullionio Duce Ierosolymos receiperet.* [g] Hanc quoque sub sole vidi sa-

e Cassian. li. 4. de Instit. c. 23. Marulus li. 4. exempl. c. 3.

f Vitriac. pa. 46. hi. Orient. Sabellic. Ennead. 9

g Eccl. 9.

Digitized by Google

pientiam, & probaui maximam, *ait Sapiens:* Ciuitas parua, & pauci in eâ viri. Venit contra eam Rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Inuentusque est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiã suam.

[h] *Virgil. 2. Æneid.* *Quid?* [h] Sæpè etiàm fatis aperit Cassandra futuris
Ora.

[i] *Vide nostram* ARAM COELI, *in Euangeliũ*, Ecce Magi *& Matthæi 2.* *Vt taceam,* [i] *Persicos Reges, quamdiu Magorum suorum, id est Sapientum, consilijs vsi sunt, tamdiu fœliciter regnauisse.* [k] *Isocratem aliquandò interrogatum*, qui fieret, vt ipse impar facultati Oratoriæ, alios ad eloquẽtiam instructos redderet? *respondisse*; Nec cotes acutas esse, nec incidere; acutum tamẽ ferrum reddere, aptumque ad incidendum, *quò aspexisse videtur* [l] *Horatius, cùm sic de se quoq; scripsit:*

[k] *Plutarc. in vita Isocratis.*

[l] *Horat. in Arte.*

—— Fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi:

Munus & officium, non scribens ipse, docebo. *Fas mihi sit, pace tuâ* SERENISSIME REX, *idem respõsare tibi miranti, de arte militari me scribere, mo-*

Digitized by Google

nachum sedentarium, & pacis adotianum, fungi *scilicet* me vice cotis, *imò & tubicinis minimè pugnantis quidem, sed quàm maximè pugnatores ad arma acuentis. Adde*; *&* [m] Turcas partim inter Scythicas Gentes relatos *esse*; [n] Scythiam *autem* D. Philippo *tutelari meo*, ad prædicandum Euangelium, obtigisse, omnemque ferè illam Gentem ad Christianam fidem conuertisse; *itaque decereme, qui Philippi nomine censeor, conari, vt quos D. Philippus prædicatione aliquandò Christo subiecerit, eosdem nùnc à Christo auersos & perduelles, & Christianis iniquiores factos, ad Christum, quà quà possum, reducam.*

Et quis scit, an nontandem Deus ille Opt. Max. sit Tyrannidem illam immanem, ac fœdam illam superstitionem Mahometanam, ignobilium, ignotorumque hominum hortatu deleturus, quemadmodum perditissimus [o] *ille Pagani & Iudæa filius Mahomethus*, [p] nulla parentum claritudine cognitus, nullis opibus, solus prorsùs, & nullarum virium, *eam instituit? Ottomannus verò gregarius aliquandò & ipse miles (vndè est Ottomannidarum illa familia nùnc orbis terror) mirè auxit? Quis scit, an non, vt vel*

[m] *Io. Bapt. Egnat.*
[n] *Bre. Rec. 1 Mss.*
[o] *Aut. Guenarra li. 2. epp. anr. p. 286*
[p] *Franc. Philelph. ep. ad Carol. VII. Franc. Regem.*

Digitized by Google

Nestorio adiutore, vel [q] Sergij Matthæiue dolo flagitiosissimi Monachi, *Cõstantinopolitani, Hæreseos Nestorianæ sectatoris* confirmatus *est Mahometus, & in Alcorano suo, pestilenti illo opere, conficiendo compilandoq; adiutus est: ità à Monacho, aliquo probo Catholicoq;, me vel alio sit debilitandus, frangendus, aut omninò subuertendus? Stirpituſq; interitura illa*

[q] Idē ibid. Zonar. tom. 3.

[r] Turcorum impietas, nubes Acherontis opaci,
Quæ, Duce Nestorio, quondàm Nabathæa per arua
Exijt, æternis vt Solem obuolueret vmbris?

[r] Bapt. Mãtuan. tom. 1. exhortat. ad Insubres.

Quis scit, angens illa Turcarum planè Scythica, ex mediâ Barbariâ profecta, inter Caspios montes olim velut clathrata, non sit tandē aliquādò in clathros suos priscos, clathrati aut clausſtralis alicuius Monachi iàm nati, aut mòx nascituri, Reges animantis suasu inuentisq;, ex Christianorum terminis agrisq; abacta, fœdè rediganda? Regia quidem somnia somnio, sed fortassè non vana. [t] Infirma *certè* mundi elegit Deus, vt confundat fortia. *Et hæc quidem ad primum dicta sint. Pergo ergò ad secundum illud; Cùr scilicet potiùs hæc ego*

[ſ] Æn. Sylvius lib. 1. epp. ep. 131.

[t] 1. Cor. 1.

Digitized by Google

ego cum IACOBO VI. *quàm cum alijs Regibus agitem? Respondeo q, Primò; quòd Reges* CATHOLICVS *&* CHRISTIANISSIMVS, *haud dubiè, pactis iàm hymenæis, coniunctissimi, huc instigatore nullo egere videantur. Deindè; quòd vnus, si velis, possis ante omnes, nouas istas Germanicas turbas; belli huius sacri remoras potentes futuras pacare, Illustrissimum Generum tuum Palatinum huc solicitando: possis & Socerum quoque tuum Serenissimum huc pellicere; sed & Batauos tui obseruantissimos, multisq, nominibus iàm olim tibi obæratos, in belli Sacri societatem, vel vno telæ aranearum filo pertrahere, ac insuper persuadere, vt nouis impijsque illis fœderibus, quæ cum Turcâ recenter iniisse iactantur, nuntium remittant.*

Prætereà; quòd à multis iàm temporibus auditum non est, Anglos in Turcam quidquam fuisse molitos, quod tamen solerent maiores eorum frequentissimè. Richardus enim quondàm Aquitania Dux, posteà Anglia Rex, ductâ vxore, Philippi Augusti Gallorum Regis sorore Adelâ, socijs cum eo armis copijsq, in Terram Sanctam, anno circiter 1191. profectus est. Anno verò circiter 1269. S. Ludouicus

IX. etiàm Gallorum Rex, Blancæ matris filius, in Terram Sanctam arma inferens, etiàm Rege Angliæ socio vsus est. [u] Henricus quoque II. Angliæ Rex, cùm est à Legato Apostolico absolutus, de cæde S. Thomæ Cantuariensis, ipso si non forsitan iubente, saltem dissimulante patratâ, triennium Crucem aduersus Barbaros illos accipere, ac ipse militare iussus est, nisi per Dominum Papam, vel Catholicos eius successores domi manere sineretur. Studeo ergò hâc tali libri mei dedicatione, IACOBVM VI. Anglorum Regem SERENISSIMVM, eiusque Gentem, ad adsueta ipsis olim arma, nunc verò tantisper desueta, reuocare.

u Ex Annalib. Rogerij 303. in Henrico II.

x Ouid. x Acer, & ad palmæ per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortiùs ibit, equus.

Item, quòd Britanniæ Reges, recuperandi S. Sepulchri Domini nostri Iesu Christi, solicitiores cæteris Regibus vel idcircò esse oporteat, quòd Iosephus ille Arimathæus, anno Domini quinquagesimo, primus illos ad fidem conuertisse, y primamq; Ecclesiam in illâ natione Christo erexisse perhibetur; Iosephus (inquam) ille nobilis Decurio, z bonus & iustus, qui non consen-

y Polyd. Verg. probat ex antiquissimo Gyldas 2. & 4. Sanderus præfat. in Schisma Anglic. z Luc. 23.

sen ferat consilio & actibus Iudęorum, qui [a] à Pilato petijt corpus Iesu, & illud acceptum inuoluit in sindone mundâ, & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petrâ, *dignus Filij Dei pollinctor, vt scilicet Britanni, vno belli in Barbaros labore, eadem operâ, vnâq; recuperatione Terræ Sanctæ, & Christi Domini Sepulcrum, & sui primi Catechistæ, ac rerum diuinarum Doctoris Ioſephi vindicent monimentum, tàm conuenienter virtuti & trophæis maiorum ſuorum, quàm religioni eorundem atque ſanctitati.* [a] Matt. 27

Denique; quòd in ipſis Angliæ Regibus, neminem magis, quàm te IACOBE *hoc deceat, vtpote filium tàm Christianæ Matris & Martyris Christi; Rachelis tàm Sanctæ Beniaminum; filium tot lachrymarum ſanctarum;* filium doloris MARIAE *illius* STVARTAE, *Iacobum, & ſupplantatorem feri Eſau, præſagio quodam bono (vti ſemper ſperaui) nominatum; quem ſemper mihi perſuaſi, vel iàm Catholicum eſſe, vel aliquando & mòx fore; ſponte aliud coràm Deo eſſe, quàm ab hominibus credatur eſſe, neceſſitate quadam politicâ (vt nunc ſunt tempora) de quo*

semper mecum dixi, quod D. quondam Ambrosium, spiritu quodam prophetico, dixisse ferunt piæ Monicæ, pro suo Augustino adhùc Manichæo, quem ad rectam fidem ducere nitebatur, importuniùs flenti, eiusque intercessiones ad Deum efflagitanti, [b] Vade secura, quià impossibile est, vt filius tantarum lacrymarum pereat. *Perire enim* IACOBVM VI. *Regem non posse, filium* MARIAE STVARTAE, *tàm sanctæ Martyris; filium Reginæ, tàm multa, cùm illum adhùc vtero gereret, passæ ab insolentibus Hæreticis, etiàm in Palatij sui adyto secretiore: filium Martyris, sub agoniam, sic de suo* IACOBO *solicitæ, vt de eo ad Galliæ Regem tunc* HENRICVM III. *literas scribere adhùc posset, & tàm prudenter, vt ipsum illi* [c] dumtaxat quantum ipse mereri conaretur, *commendaret.*

[b] *D. Aug. in lib. Confess.*

[c] *Sic sonat verba Gallica illius epistolæ.*

Neminem magis, quàm IACOBVM VI. *Angliæ Regem deceat,* SIGISMVNDO *in Turcam opitulari, vtpotè qui domi sine hoste sit; foris autem cum vicinis omnibus Christiani nominis Principibus altissimam pacem habeat; neque hactenùs usquàm edendi specimînis alicuius virtutis*

Digitized by Google

tutis suæ, atque artis militaris, occasionem nactus sit, hactenùs tantùm sedens spectator colliſorum in vicinià armorum, nùnc externorum, nùnc domesticorum; sed neque vnquàm fortaſsis testandæ magnanimitatis suæ ac virtutis bellicæ honestior occasio se dabit, quàm sit ista ipsa, quæ in tuendo Rege Christiano tota, in Barbaro superando, eoque prouocatore quieti Regis, posita est. Eam verò si adeò capillatam arripueris, & illustrari tibi diuinitùs mentem magis ac magis promerebere; & hoc misericordiæ opere peccata tua excusâris apud Deum, ac redemeris. Vno verbo, Hoc fac, & viues.

Accipe igitur SERENISSIME REX, *ab homine extero quidem, sed vicino tamen ac tibi deuotiſsimo, libellum hunc totâ animi ſubmiſsione* MAIESTATI TVAE *dicatum, ſomnia ſanè regia continentem. Accipe ſupplicem hanc frontiſpicem ſchedulam, vt pro* SIGISMVNDO *Rege, & rebus Chriſti Domini Deique tui & noſtri adflictiſsimis, pia cum cæteris Regibus Principibuſq; Chriſtianis arma induas.*

[d] Quod te per Superos, & conſcia Numina veri,

[d] Virg. 2. Æneid.

Per,

Per, si qua est, quæ restat adhùc mortalibus vsquàm,

Intemerata fides, oro, miserere laborum

Tantorum, miserere *gregis* non digna ferentis

Sub Turcâ; [e] per ego has lachrymas, dextramque tuam, te,

Per *communia* nostra,

per Iesu Christi, communis vindicis nostri, vulnera; per sanguinem eius, communiter pro omnibus in cruce profusum; per mortem eius viuificam; per gloriosum eius de morte Infernoq; triumphum; per illas charitatis diuinæ humanæq; faces atque incendia, quæ toto orbe miscuit, & quàm latissimè ardere voluit; per sempiternam illam AEtnam subterraneam, omnibus improbis æquè paratam; per fortunatissimas illas Cœli insulas, & mansiones, probis communiter omnibus promissas; per sanctitates omnes, & ipsam Sanctorum communionem, quàm vos nosque communiter quouis die profitemur, te oro atq; obtestor, ne, cùm tãtùm ostium tibi apertum sit, ad gloriam, ad virtutem tuam bellicam exserendam, ad peccata, misericordijs pauperum & præsidio obpressorum, redimenda; ad maius maiusq; veræ Fidei lumen promerendum,

ad

[e] Idem 4. Æneid.

ad regnum beatorum, cum beatissima Christi Martyre matre tuâ MARIA *Scotiæ Reginá, perfruendum, tibi ipse deesse velis. Honorarij ego amplissimi loco (etsi rerum alioquî omnium egentissimus, & senex) duxero, si sacram* MAIESTATEM TVAM *hùc rerum adduxero, quod maximè voueo & spero, & hâc spe* DICO *& cõsecro hæc* OPERA MEA REGI *Anglorum* SERENISSIMO IACOBO VI. *f* Intende REX prosperè procede, & regna. *f Psal. 44*

Datum Montibus Hannoniæ, in Conuentu Franciscanorum, in ipsâ arâ immaculatæ Conceptionis B. Mariæ semper Virginis, anno 1615. profesto Purificationis eiusdem.

FRA.

Digitized by Google

FRATER PHILIPPVS BOSquierus Cæsarimontanus, Franciscanus Obs. Prouinc. Flandriæ, Lectori suo beneuolo PACEM & VERITATEM.

QVoniam (Lector beneuole) nonnulli, nescio quo genio, bono ne an malo, ipsi viderint, mihi sanè ipsi aut Negligentiæ, aut Inuidiæ, aut Ignorantiæ vehementer suspecto, in excudendis, aut castigandis & recudendis quorundam Seraphici Ordinis nostri Autorum scriptis plerisque multis, tacuerunt in librorum frontispiciis, ipsos Autores ex Ordine Franciscanorum esse, sed ne quidem eorum propriis nominibus FRATRIS prænomen (perpetuam illam iam olim hactenus religiosorum hominum cuiuscunque classici & probati Ordinis notam) præfixerunt, quod in Fr Petri Galatini volumine de Arcanis Catholicæ Veritatis, in F. Andreæ Vegæ Hispani, & Magistri Salmanticensis, doctissimis illis & copiosissimis de Iustificatione libris Coloniæ in fol. 1572. editis; in F. Ioannis Feri operibus plerisque omnibus; in Fr. Marci Vigerij Cardinalis Decachordo, etiam nouissimè Duaci per Balthasarem Bellerum recuso; & in F. Iohannis Pechani Cantuariensis Ecclesiæ Arch. præsulis quinque libris Bibliorum Collectaneis edendis, omnium Ord. Franciscani hominum, video peccatum esse; Sed & præterea

Digitized by Google

ta nonnunquam contingit temporum lapsu, aliis aliorũ lucubrationes falsò adscribi, vt D. Hieronymo quædam, quæ sunt Sophronii; D. Augustino, quæ sunt Bedæ aut alterius; Iohanni Gersoni Imitatio illa Christi, quæ est Fr. Thomę de Kempis, Ciceroni in Sallustium responsio, vel ab ipso Quintiliano adtribuitur, quæ est alicuius declamatoris, ac fortassè Porcij Latronis (si Sebastia. Corrado in Quæstura credimus:) Egoq; ipse, tantulus inter Scriptores, nouissimè duplici iniuria sũ ab Antonio Posseuino in Apparatu eius sacro Coloniæ 1608. edito, affectus, vna, quum *Monomachiam* meam, seu Conciones 40. de tentationibus Christi in deserto alteri adscripsit; altera, quum de me vno scriptore duos fecit, & ex vnius eiusdemque hominis scriptis altera cuidam *Bosquiero*, altera cuidam *Boskhiero*, quasi alteri Scriptori, adiudicauit, deceptus scilicet vir, alioqui doctus & bonus, varia cognominis mei scriptione, qua modò *Bosquierus* nouè (more Patris & Patruorum, & aliorum quorundam cognomiorum tam Auesnis, quam in Gallia:) modo priscè, imò nouantiquè & Græco significatu, *Boskhierus* (vt ferè maiores quidam mei) scribere soleo: Sic enim Antonius ille Posseuinus in illo opere, quod nunc dixi, litera P. scribit;

Philippus Boscherius *Hannon. Cæsarimontanus Conuentus D. Francisci Lucemburgi Prouinc. Flandriæ Guardianus, scripsit opus prænotatum, Orbis Terror, seu Concionum de Finibus Bonorum & Malorum, libris duobus. Edidit Balthasar Bellerus Duaci anno* 1603. *Cùm antea euulgâsset duos libros, quibus* Parabolam *filij Prodigi patrio sermone explicat; Qui prior Montibus anno* 1596. *editus, alter Atrebati anno* 1597. *prodierunt. Notas in Monomachiam Christi incruentam Latinè, anno* 1598.

Philippus Bosquerius *emisit Monarchiam* (Monomachiam dicere voluit) *Iesu Christi & Luciferi incruentam, seu Concionum XL.* (pro 40.) *de tentationib.*

Chri-

Christi in deserto. Notas Duaci apud haeredes Petri Belleri: & librum inscriptum Ara Cœli, seu Conciones de Honorario à Magis Orientis Iesu infanti oblato. Antuerpiæ apud Gasparem Bellerum ann. 1607.

Litera verò H. sic: *Henricus VVillot Ord. Minorum, Belga, ex Oppido quod dicitur A Fontibus Episcopi, in finibus Tractatus Leodiensis, scripsit Notas ad Monachiam Christi incruentam, &c.* Monomachiam dicere voluit, quam tamen VVillotius ille nullam edidit Magister in Theologicis meus charissimus & doctissimus, doctior sanè, quàm vt Monomachia illa mea ipso digna sit: Quoniam (inquam) illa ipsa sic se habent, operæ precium magnum mihi fore visum est, si hic nomina librorum, quos iam edidit gratia Dei mecum, & quos pro meis agnosco, quosque deinceps in lucem Deo benè fauente sum daturus, recensérem, & quibus quisque locis, & apud quos, editus est, indicarem. Sic enim & Ordinis mei Honori, & rerum Veritati, & Iustitiæ optimè consuluero, faciens scilicet, vt deinceps nemo bonus in suspicionem plagij falsò apud posteros veniat, neminem innocentem & doctum, mearum si quæ sunt, nugarum, aut minùs accuratè scriptorum immeritò pudeat; neque corniculæ, seu Aesopicæ seu Horatianæ, instar, plumis alienis, aliquandò à grege auium repetendis, superbiat.

Mea igitur sunt, (ita fateor, & agnosco, bone Lector) quæ sequuntur, Gallica, Latina:

GALLICA.

* 1. *Tragœdia noua*, cui Nouaculæ nomen, aduersus luxum vestium, versu Alexandrino. Edidit Carolus Michael Montibus Hannoniæ in 8. ætatis meæ circiter 26.

* 2. *Oratio funebris*, in Ducem Arschottanum. Edidit Petrus Auroy Duaci Catuacorum in 8. ætatis 50.

* 3. *Academia peccatorum*, seu Conciones de Prodigi Euangelici preteruia & luxu. Edidit Carolus Mi-

Digitized by Google

Michael, Montibus Hannoniæ in 8. ætatis circiter 34.

* 4 *Flagellum Academicum Peccatorum*, de Prodigi eiusdem per famẽ virgatione. Edidit Gulielmus Riuerius, Attrebati in 8. ætatis circiter 35.

* 5. *Seruitus peccatorum*, seu de Prodigio iàm subulco. Edidit idem Riuerius ibidem in 8. ætatis circiter 37.

* 6. *Pœnitentia eiusdem Prodigi*. Edidit Oliuerius Varennius Parisijs in 8. & cum eadem recudit vniformiter tria prius memorata volumina; & corpus vnum ex quatuor fecit, quod Ludouico XIII. Gallorum Regi, Philippi III. Hispan. Regis Genero dicaui, eiusque Maiestati in manus ipse dedi, in ipsis Luparæ penetralibus, 12. Martij, ipso D. Gregorij, ætatis circiter 50.

LATINA.

* 1. *Monomachia Christi & Luciferi*, seu Concionum 40. de Tentationibus Christi in deserto. Edidit Gulielmus Riuetius Attrebati in 8. ætatis circiter 37. Recuderunt correctiorem & auctiorẽ Petrus Borremanus, Duaci Catuacorum; similiter & Iohannes Crithius meus, Coloniæ.

* 2. *Theatrum Patientiæ*, seu Concionum 40. de Passione Domini, Notæ. Edidit Balthasar Bellerus, Duaci in 8. ætatis circiter 40. Recudit Ioannes Crithius Coloniæ eodem titulo, Item Petrus Borremanus Duaci correctiorem & auctiorem, sub nomine Codri Euangelici. Nouissimè etiam meus Crithius sub Codri quoque nomine.

* 3. *Orbis Terror*, seu de Finibus Bonorum & Malorum, Morte & Iudicio. Edidit Petrus Bellerus, Duaci Catuacorum in 8. ætatis circiter 42. Recudit semel & iterum Fräciscus Iacobus Mertzenich Coloniæ, sumptibus Ioannis Crithij.

* 4. *Orator Terræ Sanctæ*, seu Philippicæ sacræ aduersus Turcarum barbariem, & importunas Christianorum discordias, proposito Psalmo *Deus venerunt Gentes*, &c. Dicatus est Paulo V. Pont. Opt. Max. Edidit Petrus Borremanus, Duaci in 8. ætatis circiter 44.

**** Recu-

Digitized by Google

Recudit meus Crithius Coloniæ.

* 5. *Ara Cœli*, seu Echo Concionum 30. de tribus Magis, pueri Iesu adoratoribus; propositio Euangelio; *Cùm natus esset Iesus in Bethlehem*, &c. Edidit Petrus Borremanus, Duaci Catuacorum in 8. ætatis circiter 45. Recudit meus Crithius, Coloniæ.

* 6. *Legatus Apostolicus*, seu Echo Concionũ xxxix. de Baptistæ Magni, aduersus incæstum, reliquaque Herodis peccata, dicendi libertate, ex varijs Euangelistis. Dicatus Philipp. III. Hisp. Regi, Ludouici XIII. Gall. Socero. Edidit meus Crithius, Coloniæ in 8. ætatis circiter 50.

* 7. *Tabula Naufragij*, seu Echo Concionum aliquot de Dominicis & Festis. Edidit meus Crithius, Coloniæ in 8. ætatis meæ 52.

* 8. *Secunda Naufragij Tabula*, seu Echo Concionũ aliquot de Dominicis & Festis. Coloniæ, edidit Crithius in 8.

* 9. *Vegetius Christianus*, seu de tota arte militari, ad Turcam citò, tutè, secureque debellandum. Coloniæ edidit Crithius 1615.

* 10. *R. P. F. Ioãnis Houdemij Frãciscani* Passio Rhythmica, Christias facta, in libellos sex distincta, castigata, argumentis libellorum bifarijs aucta, & Ordini D. Francisci vindicata. Edidit Matthias Birthon, Luxemburgi in 12. ætatis circiter 42.

Hæc iam edita: supersunt verò, vita comite & Deo adiutore, edenda.

GALLICA;

* 1. *Supplementum parabolæ Prodigi*, seu lætus eius ad suos receptus, per Conciones, toti Aduentui seruituras distinctus.

* 2. *Maria Ceruiensis*, Comœdia versu Gallico de R. P. F. Iacobo Lescailleto Franciscano celeberrimo à morbo desperatissimo, ope Matris Virginis Ceruiæ curato.

LATINA;

* 2. *Vltramundana*, seu de Finibus Bonorum & Malorum, Cœlo & Inferno.

* 2.

Digitized by Google

* 2. *Carcer, & mors Baptistæ Magni.*

* 3. *Conciones 40. de Christi Crucifixione.*

* 4. *Prodigus Allegoricus* de Christo expositus 24. Concionibus Athi declamatis, ternis Octauis V. Sacramenti.

* 5. *Legationes vltimæ Oratoris Terræ sanctæ.*

* 6. *Tertia Naufragij* tabula. 8.

* 7. *Paradoxa Euangelicæ Concionibus explicata.*

Quæ, iam olim & nunc recenter dedi, vides (beneuole Lector) quæque dare in posterum velim, data boni consule, & vt tu sperata quoque consequi, ego dare possim, me precibus tuis apud Deum iuua, & Vale.

Datum Cumis prope Montes Hannoniæ, ipso die Purificationis, 1614.

Digitized by Google

Apographum Licentiæ prælati.

FRater Ioannes Neyen Ord. Minorum Reg. Obſ. R^mi. Patris Generalis Miniſtri, ſuper Belgicas Prouincias, nec non coloniæ, Argentinæ, atque Hyberniæ, cum plenitudine poteſtatis Commiſſarius Generalis, Venerando admodum in Chriſto Patri *F. Philippo Boſquiero* Prouinciæ noſtræ Flandriæ Sacerdoti, Prædicatori, Confeſſ. & ſacræ Theologiæ Profeſſori ſalutem in Domino.

Quandoquidem video paſſim magno doctorum adplauſu recepta, quæ hactenus opera, ſeu Latinè, ſeu Gallicè edidiſti, imò & ipſũ Pontificem ſummum Paulum V. Oratorem tuum Terræ ſanctum gratum habuiſſe: idcircò Venerande Pater, non ſolum tibi licentiã, pergendi & noua cudendi, aut vetera recudẽdi facio, ſed & paternè te hortor, imò, &, ad meritum obedientiæ, præcipio, vt ſcribas atque edas, quæcunque tibi expedire videbuntur, ad gloriam Dei Opt. Max. Eccleſiæque Chriſtianæ vtilitatem, cariſque mihi erunt, quicumque tibi hac in re voluerint eſſe fautores. Vale, & ora pro me. Datum Bruxellis, ſub meo chirographo, officiique mei ſigillo, 23. Iunij 1607.

Fr. IOANNES NEYEN Commiſſ. gener.

Apo-

Digitized by Google

APOGRAPHVM LICENTIAE R. P. Ministri Prou. Flandriæ.

FRater Petrus Carpini Ord. Minorum Reg. Obseruantiæ, Prouinciæ Flandriæ Minister & seruus, R.P.F. Philippo Bosquiero, eiusdem Ord. & Prouinciæ sacerdoti, Præd, & Confess. salutem in Domino sempiternam.

Quandoquidem hactenus non infœliciter ingenij tui fœtus in lucem edidisti, & adhuc totus in hoc es (vt ait ille) Condis, & componis multa alia posteritati, vti speramus, pro futura, cupisq; vehementer, vt quæ edis, etiã à nobis, ad Obedientiæ salutaris meritum, autorentur; nos pijs tuis conatibus impensius fauentes, tibi literis istis licentiam facimus prælo tradendi, edendiq; Gallicum quemdam tractatum de Parabola Prodigi Euangelici, nec non librum illum, quẽ Vegetium Christianum vocas, & Tertiam Naufragij tabulam, dùm tamen etiam Censuram legitimi liborum Censoris proferant. Atq; vt cum Obedientiæ merito id præstes, ità facere te hortor, & moneo. Vale in Domino, & ora pro me. Datum in Conuentu nostro Auesnensis vrbis in Hannonia, 30. Septembris 1614. sub sigillo Officij mei maiore.

Locus sigilli.

Fr. Petrus Carpini manu propriâ qui suprà.

Digitized by Google

Edictum Autoris.

EGo F. Philippus Boskhierus Ioannem Crithium Ciuem & Bibliopolam Colonienſem vnum ſolumq; Liberorum meorum reformatorem, id eſt, Librorum iam editorum recuſorem, & Vegetij Chriſtiani quem nũc edo, Typographum, tota quam latè patet, Germania ſuperiore, eſſe volo; iureque Patris in liberos & Autoris in libros, ſic edico & ſancio, lex eſto. Si quis contra auſit & faxit, libros liberoſque, eius obſtetricio prodeuntes, alioqui meos, abdico, & pro ſpurijs, nothis ac non meis iam nunc habeo. Ita eſt.

Frater Philippus Boskhierus Cæſarimontanus.

APPRO-

Digitized by Google

APPROBATIO.

VEgetius Christianus, depellendo iugo Ottomannico media præscribit, & lectu iucundissima & religioni Catholicæ nõ aduersa, adeoque talis est, vt typis expressus, lucem possit intueri. Datum Coloniæ Agripp. pridie Annunc. B. Virginis, anno 1615.

Henr. Francken Sierstorpffius,
SS. Theol. D. Regens Gymnasij Laurent. librorum
Censor.

Digitized by Google

Digitized by Google

VEGETI CHRISTIANI,

Seu

SCIPIONIS RENATI SOMNIORVM,

LIBER PRIMVS.

LEgeram, à meſibus iàm aliquot, literas illas arrogantes, ſuperbas, & non tàm hominis, quàm leonis & belluæ omnium ferociſſimæ, Turcarum Tyranni (inquam) quæ Pariſijs editæ anno 1613. apud Franciſcum Carroyium, & Ioannem Milotium, in plateâ Citharæ habitantes, interſigni arietis rubei, paſſim Gallicè magno omnium ſtupore circumferebantur, hâc ſubſcriptione: SOLDANVS HORTOMANVS TRAPETANVS; datę ad Sigiſmundum Poloniæ Regem: ſveræne autem illę ſint, an aſſimilatæ, ſpuriæ, & alieno nomine compoſitę non diſputo; ſuppoſititias malim dicere, quà à ſententijs illic peſſimè vinctis; quà à datâ (quàm vocant) & nullo ſcriptionis neq; loco neque die poſito; quà à nominibus locorum ignotorum; quà

 à ti-

Digitized by Google

à titulis honorarijs scriptoris malè repetitis; quà à ratiocinationibus ridiculis, parumq; firmis, & nihil cohærentibus, & penè sexcentis talibus: sed potiùs esse circumforanei alicuius mercatorculi, & clitellarij institoris (Sabaudi fortè, Galli, aut Longobardi) lucrum ab eiusmodi vanitatibus ac nouitatibus (vt fit) affectantis; esto, sint cuiuslibet; benè habet tamen, quòd vel idiotæ illi & clitellarij, dùm ista componunt, & pro veris obtrudunt, satis indicant, intelligere se, eam esse Turcarum audaciam, arrogantiam, ferociam, spem deuorandi totius orbis Christiani, & calcandorum omnium Regum, cuiusque suo ordine, alterius post alterum, ni citò prouideatur; seq; præsagire, auicularum instar, instantes tempestates, & pericula à Barbaris illis, dùm sic forè clamant:

a *Virg. 2. Æneid.* a *Arma viri, ferte arma, vocat lux vltima victos;*

speculatoribus interim ipsis & rerum dominis plerisque, cæcis, surdis, mutis, in vtramque aurem dormientibus, & periculorum Ecclesiæ Christi securis:

b *Idem 4. Æneid.* b *Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat:*)

legeram (inquam) tunc, sed steteram imperturbatus, & parùm commotus. Sed cùm hoc die, qui S. Ludouico Francorum Regi huius nominis IX. est sacer, repetitò (nescio quo spiritu) legissem & quidem paulò adtentius, sensi derepentè sic referuescere veterem illam iram

iram meam in Turcam, quæ à reditu meo Româ ad tempuſculum deferbuerat, & odium Tyrannidis ſæuiſſimæ Gentis illîus barbaricę, quaſi refricatum ſic recruduiſſe, vt mòx mòx penè vellem eam Gentem vniuerſam radicitus extirpatam, & (ſi potuiſſem) manibus ipſe meis iàm iàm extirpaſſem, extinxem; & (ſi vnicum vniuerſæ illi Turcarum Genti collum fuiſſet) ipſe vno ictu totum obtruncâſſem *in ſpiritu & virtute Eliæ*, quadringentos olim Prophetas Baalis vno die ſuâ manu obtruncantis. Sed quià *vana eſt* vnîus, & *ſine viribus*, *ira*, (vt eſt in prouerbio:) & fruſtrà votis puerilibus iſta optabantur, putaui ſolicitandos ore, calamo, quo quo modo, qui egregiè vlciſci Gentis immaniſſimę tãtam ſuperbiam, ſi vellẽt, poſſent, ſeu mortales adhuc, ſeu iàm mortuos ipſos. At vbi primùm quererer? quos implorarem? apud quos eam cauſam agerem? An apud populum, & plebeculam Chriſtianam? At ea ſermonibus de hac re ſic inaſſuetà nunc eſt, vt Turcam vix nôrit ex nomine, cuius tamen terrorem horroremque etiàm lactentes noſtros, cum lacte à matribus imbibere omnes oporteat. An apud vos, ô Docti, & Doctores, ſcribæ & ſcriptores? At pleriſque veſtrûm, ne otioſis quidem, in mentem venit, Turcam non modò eſſe Religionis Chriſtianæ hoſtem, ſed etiàm eſſe miſogrammon, id eſt, omnis Literaturæ hoſtem iuratiſſimum, vt qui etiàm aliquandò doctas illas, & omnium diſciplinarum inuentrices Athenas, pri-

c Luc. 1.

Digitized by Google

mam illam penè Vniuersitatem vniuersi, solo æquârit. An apud Patritiorum vulgus? At illi duellis impijssimis nunc occupantur, & contumeliam leuiculam suam, duorum, sæpè trium & quatuor, mortibus vindicare malunt, quàm, vt se, vxores, liberos, socios, agros, Christum, Diuos, focos & aras Superorum à Turcarum immani illa barbarie tueantur, aut captiuitatem fratrum suorum, sub iugo illo immanissimo gementem, & suam opem inclamantem, captiuam reducant, vel gladium dumtaxat nudare & stringere, & stlopum (imò ne stlopum sambucinum stuppeâ glande vtrimque clausum) explodere, si vel hoc tantillo strepitu terreri arcerique tantus hostis posset. Proh, pudor! & ô res nostras desperatissimas! Imperatorem ergò ipsum, aut Reges, ac Principes aditem, hodiè istum, cras alium, ordine tandem homuncio vnus omnes? Vah! opus immensum, & Herculeis viribus maius: & quod à me homine sub potestate cõstituto vix confieri vmquam possit. Deindè; deridiculo ferè est Phormio Philosophus ille Peripateticus Annibali, cùm de re militari (copiosè licèt & ad palatum reliquorum) disputat. Sed & irrisus sæpè abijt ex Curijs Procerum varijs Christophorus Columbus, & audijt etiàm forsitan hoc ipsum, quod olim Ioseph,

d *Genes.* d *Ecce somniator venit*, dùm

e *Iuuenal.* e *Vnus* inexpleto *iuueni nõ sufficit orbis*; dum *AEstuat infœlix angusto limite mundi*; & dùm mira de quærendo nouo orbe, & inaudita dispu-

Digitized by Google

disputat. Et, vt Reges sint aduituri vel patienter vel libenter, adire tamen ipsos negatur, viam iam claudentibus aut clausuris, vel qui inuident conanti, vel qui, quid coner, ignorant.

f *Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.* Et, vt latus ac liber pateat ad omnes accessus, sunt nunc fortè impares vires corporis iàm fatiscentis, opes, & tempora, tantæ tot itinerũ varietati ac longitudini. Et alia multa. Quid ergò? f *Virg. 1. Æneid.*

——— g *Prô Iupiter! ibit*
Hic Turca, & nostris illuserit aduena regnis?
Non arma expedient, totoq; ex orbe sequentur? g *Virg. 4. Æneid.*

Impunè seruus & Barbarus Regi Christiano, per literas tàm ferinas, insultarit! Non ità. Solicitandos ergò Heroẽs mortuos putaui suspirijs, precibus, votis, & quà quà demum possem commodissimè, vt mortales adhuc Reges ipsi iàm immortales excitent, somnijs, nocturnis ludibrijs, terroribus, legationibus, literis etiàm insolito quidem more, sed pro insolito quoque periculo, ad eos ex alto missis, si fortè viui ac superstites Reges, Regibus vita defunctis vrgentibus, ad Regis Regum Iesu Christi causam tuendam, aduersus Regum omnium insidiatorem & Tyrannum Turcam, Regi Poloniæ tàm parùm regiè, per tàm barbaras & minimè regias literas, insultantem, vel nunc tandem expergisci queant, viui (inquam) à mortuis, & periclitantes à securis. Incipiebam ergò iàm cœlos suspirijs densis fatigare, preces

Digitized by Google

& vota, noctes ac dies ad Superos istos mittere, ad Carolos Magnos; ad Gothefridos Bullioneos; ad *h* Leopoldos Austriæ Duces; ad Iacobos Auenienses, Brabantiæ Ducis Mariscallos; ad Sanctos Ludouicos; ad Georgios Castriotos aliàs Scanderberghos; ad Hunniadas; ad Carolos Quintos, egregia illa olim, & mordacissima Turcicæ Tyrannidis flagella (& ferè ad Tamerlanum ipsum, illustrem illum Baiazetis, ad Stellam montem, domitorem & circumductorem) ad Pios Secundos; & his priores Vrbanos Secũdos; ad Capistranos nostros, assiduos Ioannis Hunniadis adiutores; ad Belgij Pacificatorem Iohannem Neyenum, heu! quondàm totum meum! si fortè qui ex ipsis, aut (quod maluissem) vnà omnes dignarentur nostri miserti, causæ, quam viui tàm sedulò defendebant, iàm adeò periclitanti mortui patrocinari, Cœlos ego ità fatigabam, & parum aberat, quin etiàm dicerem:

h Vide Lipsiũ ep. 27 ep. selectiorũ, de Leopoldo.

i *Flectere si nequeo superas, Acherõta mouebo,* id est, omnes omninò solicitabo, quicunque tandem Turcicam olim Gentem infestis signis telisque impetiuêre, Græcos, Latinos, Barbaros, Tartaros, Persas, omnem omninò Gentem & Linguam; adeò videlicet arbitrabar expedire orbi vniuerso, Gẽtem Turcicam semel funditùs tolli è medio Vniuersi, si tamen nunquàm est sub Christi iugum per fidem ventura. Hæc, & sic, agebam ego, cùm subitò obdormire cœpi, nulla omninò hostia litata somno, instar Mœcenatis, quem ferunt

i Virg. 7. Æneid.

quoti-

quotidiè somno sacrificasse, cum tibicinibus & seruis symphoniacis, quasi peccato nescio quo in somnum suo perpetuam insomniam meruisset, & arctior me, quàm solebat, somnus complexus est, qualis ferè fatigatos & valdè tristes solet: & *oculi* certè mei sic *grauati erant prætristitia*, de instantibus Ecclesiæ sponsæ Dei periculis, vt Apostolorum olim in Oliueto de periculis Christi: & fuit is somnus sanè diuturnus, & (vt videbatur) medium me constituens inter viuum & mortuum, sed tamen viuo propiorem, factusque sum, beneficio somni, tantillo hilarior, & spe meliorum longè plenior. Mihi enim tùm visus sum derepentè in locum illum esse translatus, vbi Iacob quondam cùm ab Esau fratre iratissimo in Mesopotamiam ad tempus fugeret, somno occupatus post solis occubitum, [k] *vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eum*, in corpore ne, an extra corpus, nescio, Deus scit: ac suspicientem me in cœlum, recordor dixisse me, Grates tibi ago summe Deus, qui mihi priùs quàm morior videre dedisti internuntios amicos, fidos, celeres, qui ad te Cœlitesque cæteros perferãt questus meos, & indè referant auxilij consilijque copiam; &, si qua fortè spes affulgeat, vel istas pluſquàm AEacidinas Tyranni minas effugiendi, vel Tyranni ipsius perdendi, vel (quod malim, & precari ferè soleo) ad Christianam religionem ac fidem, à superstitione

[k] Gen. 28.

Digitized by Google

tione Mahumetanâ, conuertendi. Ac eccè, commodum oculos tunc defigere mihi visus sum in vnum inter multos Angelum spectabilem, toto vultu & cultu blandiorem, sed & instar peregrini succinctum, iàm in procinctu, & velut paratum, per scalam illam Iacob, ad dominum suum *l scalæ innixum*, ascendere, Raphaëlem (si benè audiui, & memini) cætera Angelorum descendentium atque ascendentium turba vocabat, quod nomen quià nostri m *medicinam Dei* interpretantur, & alioquî sciebam eum viandi non insuetum, & facilem afflictorum misereri, ex eius scilicet olim cum Tobiâ iuniore peregrinatiõe, & Tobiæ senioris cæci curatione, & prætereà nomen ipsum optimi ominis videretur, tàm quà *medicina* vocatur, quàm quà *medicina Dei*, (Nàm medicus certè nobis vehementer opus est, nec medicus quicunque triuialis aut circumforaneus, sed medicus Dei, à Deo ipso missus, aut Deus ipse) credidi opportunissimum illum fore negotiorum Reipubl. Christianæ militantis, ad illos Heroes triumphantes internuntium. Audierã quidem in Galliâ, Parisijs, n Magistrum illum Guilielmum, hominem Gallum toto iàm orbe celeberrimum, maximè ab illa sua nupera in alterum orbem peregrinatione, & felici ex illo reditu, cum multis ab Henrico Magno Gallorum Rege eius nominis IV. nuper miserrimè necato, ad suos mandatis; secundam in eundem orbem alterum profectionem meditari, & iàm in procinctu esse benè onustum vario-

l *Gen.* 28.

m *Eucherius Lugd. lib.* 2 *Instruct. c.* 1. *& Gregor. hom.* 34.

n *Est nomen fictũ alicuius sapienter parasitãtis, & Momũ agentis, multis iàm editis libellis famosi.*

variorum reſponſis: & erat profectò homo ille maximè induſtrius, cautus, celer & diligentiſſimus, dignus planè qui inter Romuli Celeres trecentos accenſeatur, & *coram Regibus ſtet* (iuxta Scripturæ verbum) imò qui Mercurio Deorum nuntio iàm vieto aliquandò ſuccedat, vt ſuo Atlanti Hercules: ſed quià M. illum Gulielmum non ſatis exteri Reges nôrãt, deindè homines ſerij parùm probabãt, quòd lepidulus ac minis ludibundus etiam in ſerijs rebus, plerumque eſt, parumque dignum putabam ego, cui de tantis rebus fides haberetur, nolui eius opera vti, alium melioris fidei, & notioris pietatis, malebam, imitatus o Athenienſes, qui bonum conſilium ab improbo inuentum, non ab ipſo proponi plebeculæ, ſed ab Ariſtide Iuſto voluerunt. Et veniebat tùnc in mentem celebris ille ſenex, vir ſerius, & Nobilis Dom. N. Eſclebij nuper Dominus, his proximis annis defunctus, cui tutò res iſtæ ad Cœlites illos, & viciſſim Cœlitum illorum ad mortales perferendæ dari poſſent, homini ſcilicet Principibus ſuis ſemper & Chriſtianæ Reip. fideliſſimo, & in negotijs etiam Turcicis cum primus exercitatiſſimo, vt quo Belga ille immortalis, Carolus V. æternę memoriæ Imperator, familiariter & crebrò in Turciam exploratore vtebatur, quem etiàm aiunt reditûs ſui ex alio quoque orbe ſigna dare euidentiſſima, in illa ſua Eſclebij arce, quam aliquandò munitiſſimam extruxit; quin etiam palpabilẽ ſe præbere, credo ſuffragia piorum expoſcen-

o *Plutarch.*

Digitized by Google

tem. Verùm, quia haud satis sciebam, an ei adhuc ad Deum & Diuos liber pateret aditus, forsitàn nondùm satis in Purgatorijs locis expiato (nàm à paucis omninò annis mortuus est, & decennium moræ illîc esse potest, & amplius fortè, ad scorię omnis excolationem:) necessarium verò erat omninò, in ipsas ipsius S. Ludouici IX. Gallorum Regis manus Barbari literas tradi, & res nostræ moram nullam patiebantur; etiàm ab hoc internuntio alioquî dignissimo, & hùc aptissimo, resiliui. Hic ergò cùm dolerem, & angerer vehementer, & crebrò repeterem istud, *Ecquis ibit nobis?* visus est mihi Raphael ille iàm dictus operam suam sponte offerre, tàm mei, quàm Ecclesiæ Dei ità indigentis, miseratione. Quandoquidem igitur is tàm liberaliter operam offerebat, & nomen tam boni ominis gerebat, & (quod rei caput est) iã iam ad eum, qui se miserat, reuertendi tempus esse aiebat; multa præfatus, cum reuerentia, quanta potui, maxima, illi tradidi, quasi cuidam Mercurio Gallo Belgico, literas istas Turcicas, ad S. Ludouicum IX. citò citissimè perferendas, adiuncto tantùm (vt mihi tùm videbatur) commendatitio verbulo. Ad sanctum (inquam) Ludouicum, ac multis quidem de causis. *Primùm*, quòd is ex Gallorum Gente esset, hominibus ad bella ista sacra & socialia in illos Barbaros, iam olim semper propensissimis, & Turcis ipsis (vti in ꝑ Oratore Terræ-sanctæ ostensum est) fatalibus! &, ô bone Deus, quandò Gallis æui nostri mentem

I.

ꝑ *Liber est dicatus Paulo V. Pont. Max.*

hanc

Digitized by Google

hanc reddes, vt quam primùm exautoratis atque antiquatis cum Turcâ fœderibus illis ſuis, à Ludouico XIII. S. huius Ludouici nepotulo, communibus armis animiſque, S. Ludouici huius captiuitatem prima expeditione, & mortem altera, vlciſcantur, lilijs ſuis, & ſignis in Turcam conuerſis! *Deindè*, quòd cauſę I
huius fautor præcipuus S. Ludouicus, vt qui ſemel & iterùm in Barbaros illos Cruce ſignatus, mari traiecto, in Aſiam & Africam ingentes exercitus ipſe duxerit, ac aliquandò tres filios ſuos comites eſſe voluerit, prima expeditione captus & redemptus; altera, peſte ſublatus. *Præterea*, quòd etiam in Poloniæ regnum, II
cuius nunc Regi Sigiſmundo tam indignè per literas Turca inſultat, debeat is Ludouicus eſſe beneuolentior, quòd Poloniam aliquis ex Gallorum Regibus poſteris eius, Henricus ſcilicet III. aliquamdiù Rex tenuerit. *Adcedit*, IV.
quòd Ludouici XIII. ſeri ex ſtirpe ſua nepotuli, adhùc pueri & in ephebis, res hinc periclitaturas eum imprimis adcurare oporteat, deceatque, ipſum ad paria ſecùm aliquando audenda, animare, reſciſſis auorum cum barbaro illo fœderibus. *Inſuper*; quòd is S. Ludo- V.
uicus fœmina *q* Hiſpana matre natus, Blancha
ſcilicet illa Galliæ Regina, vita omni verè candida, rebus Hiſpaniæ æquior cæteris futurus videatur. *Ne dicam* quòd publicè ſanctus, & in Sanctorum numerum ab Bonifacio 8. relatus, nullum fraudis aut malæ fidei, aut fauoris cęci in quenquam, in re tam ſeriâ & perplexa, apud VI.

q *Vide Ioa. Mariānā Hiſp. li. 2. de Rege & Regis inſtit. c. 6.*

morta-

Digitized by Google

VII. mortales, exteros maximè, de se sit creaturus. *Denique*, quòd quadam similitudine fati (vt sic dicam) ac genij, trahor ad S. Ludouicum illum tenerius diligendum, & colendum, sperandumque, ab illo adcuratum iri amantius, quæ opto & voueo. Sanctum enim illum Ludouicum ferunt, ætate adhuc vegeta, cum in morbum incidisset, eo tempore de recuperanda Terosolymorum possessione cogitasse? Et Deum testor, mihi quoque aduersa valetudine adfecto, cùm in valetudinarium, viriculis reparandis, secessissem, tunc ne corpore ibi tantisper otiante, animo quoque deses essem, multo voluenti, multa de multis cogitanti, ingens desiderium excogitandarum artium, & consiliorum salutarium, quibus vel nunc tandem posset Christianorum ceruicibus excuti iugum illud Turcarum Ottomannidarum sanè immanissimum, subijsse, ætatis (opinor) circiter 38. & mòx mòx arrepto vno & altero chartæ quaternione, cœpisse, quæ tunc occurrerant, scribere, & quædam ingentis (vt iàm paulatim à tot annis excreuit) voluminis fundamenta iacere, cuius ipsius primitiæ partim prælo editæ, partim M. SS. in trium fidissimorum amicorum manibus iam pridem versantur, reliquiæ paulatim (Deo dante) lucem quoque videbunt. Hæc ergo cõceptuum voluntatumque pari ferè ætate, pari occasione, similitudo (fateor) facit, vt ad ipsum S. Ludo-

VIII. uicum eò libentius, & meliori spe, velim perferri planctus & questus istos. Et verò, ne hoc præ-

Digitized by Google

prætereā, ad quem (ex Laicis dico) propiùs res Chriſtianiſmi totius adtinent, quàm ad Regem olim in Chriſtianiſſimis Chriſtianiſſimum? Aut cuius cor & pectus acerbiùs lancinabunt nuntiatæ Eccleſiæ Chriſti calamitates, quàm illius, qui iure tam ſanctitatis, quam regni Gallici, *Eccleſiæ primogenitus*, apprimus meruit nuncupari? Hinc enim argumentari mihi videbar etiam ſomnians, ad S. Ludouicum illum negotia hęc, & totum faſciculum, proprio quodam iure deſtinari oportere. Dedi igitur Raphaëli totam ſarcinulam illam literarum, ad S. Ludouicum perferendam, paruam illam quidem mole, ſed rerum pondere grauiſſimā, non quia rerer (quorundam errore) neſcire Cœlites, quæ gerantur in terris, minimè gentium. Sciunt enim illa, ſciũt (& ſcire ipſos ſcio) diuinitùs edocti, & intuentes omnia in clariſſimo illo & voluntario Diuinitatis ſpeculo, & quaſi entium omnium archiuo; & Doctoribus Angelis, & multis beatis ſpiritibus hinc ad ipſos recenter tranſmigrantibus cuncta renunciantibus: (*Audiunt*, ait [r] D. Auguſtinus, *defuncti, quid hic agatur, ab eis, qui hinc ad eos morien-do pergunt:*) ſed, vt vel hac ſolicitudine noſtra tanta, & ſtudio hoc noſtro tanto, tamque anxio rebus Eccleſiæ labantibus ſuccurrendi, magis magiſque miſereſcerent, atque adiutarent: *Dij laborantes adiuuant*. Ac Gallicè quidem & latinè videbar omnia miſiſſe; Gallicè, vt legeret ſua Lingua Rex Galliæ S. Ludouicus, Gallus & ipſe, barbaras minas barbari Turcarum

[r] *D. Aug. lib. de cura pro mortuis agenda c. 14.*

Digitized by Google

carum Tyranni; Latinè, vt toti Triumphanti Ecclesiæ eædem legerentur ea lingua, qua Ecclesia militans (Romana maximè) vtitur, Ecclesiæ militantis pericula, cogitarentque vnà omnes, quid facto opus sit, & deliberata ac placita sua omnia Reges ipsi Maximi, ad Reges Magnos, mortui ad mortales adhuc, perscribere dignarentur, vel quomodolibet nuntiare, cùm primum Raphael noster *administratorius* ille *spiritus, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis*, reditum pararet ex illo supero orbe, in orbem nostrum, per scalam Iacob, quà solent Nuntij tales ascendere, & descendere. Literæ ergò Barbari ad Sigismundum sic erant:

Gallicè

LE TILTRE.

Copie de la Lettre Denonciatoire du grand Turc, au Roy de Pologne.

SOldan fils du plus celebre & renõmé des Empereurs, fils de Dieu, Empereur des Turcs, de la Grece, Macedoine, & Moldauie, Roy en Samarie, Anglien, & de la grãde & petite Egypte, Roy de tous les habitans de la terre, & du Paradis terrestre, Prince consacré & fils de Mahomet, Conseruateur des Citez de Hongrie, Preuost

Latinè

TITVLVS.

Exemplum literarũ Turcæ Magni, ad Regem Poloniæ, bellum illi indicentium.

SOldanus filius Imperatorum celeberrimi & fama notissimi, filius Dei, Turcarum Imperator, Græcia, Macedonia, & Moldauia, Rex in Samaria, Anglio, Rex magnæ paruæq; Ægypti, Rex omnium terræ incolarum, & Paradisi terrestris, Princeps inauguratus & filius Mahometi, Tutor ciuitatum Hungariæ, Prætor Paradisi

Digitized by Google

du paradis terrestre, Gardien du Sepulchre de ton Dieu, ſ Seigneur de tous les Empereurs de ce monde qui sont depuis l'Oriēt iusques à L'Occident, Roy de tous les Roys, Seigneur de L'Arbre de Vie, Victorieux de la Melonie, Anglien, & de la Cité de Porcheuiz, Grād Persecuteur des Chrestiēs, & de tous les meschās; Ioye de L'Arbre florissant, t Preuost & Gardien de ton Dieu Crucifié, Seigneur de l'esperance des Ethniques.

terrestris, Custos Sepulchri Dei tui, ſ Dominus Impp. omnium mundi huius ab Oriente ad Occidentem, Rex Regum omnium, Dominus Arboris vitæ, Victor Meloniæ, Anglii, & Ciuitatis Porcheuizi, Magnus Christianorum Persequutor, & omnium Improborum, Gaudium Arboris florentis, t Præpositus & Gardianus Dei tui Crucifixi, Dominus spei Ethnicorum.

ſ *Notate Reges egregias in vos oēs cōtumelias.*

t *Pro! blaspemias?*

a Nostre Salutation soit à SIGISMOND Roy de Pologne, si tu la desires, & si tu es nostre amy, comme encores de nostre Magistrat, auquel nous auons baillé grand pouuoir.

a *Saluere iubemus SIGISMVNDVM Poloniæ Regem, si sic optes, & si amicus es noster, & Magistratus nostri, cuius potestatem amplam esse voluimus.*

b Depuis vn temps tu as violé & persecuté nostre amitié, sans que nous t'en ayons donné aucun suiet, par guerre ni bataille: si bien que tu as pris vn conseil secret auec d'autres Roys & tiens Conseillers, pour te deliurer de nostre puissance: en quoy tu as fait imprudemment.

b *Ab aliquo tempore violasti, & læsisti amicitiam nostram, nihil à nobis offensus, neque bello, neque prælio: adeò vt consilia clancularia inieris cum Regibus aliis, & Consultoribus tuis, excutiendi à te iugi nostri studio, qua in re fecisti imprudenter.*

c Et pour ce Toy & ton Peuple deuez craindre, & me deuez attendre autre chose, que la mort que tu

c *Quapropter Tibi, populoque tuo in timore viuendum, neque aliud præter mortem expectandum,*

t'es preparé.

d Car ie te dy que ie veux obtenir victoire sur toy, & te poursuyure depuis L'Orient iusques à L'Occident, & veux faire recognoistre ma Maiesté iusqu'au bont du monde.

e Mes desseins te seront manifestez à ton malheur : ce que ie te fay scauoir, & veux que tu cognoisses ma grande puissance.

f Et d'autant que toy Roy mets ton asseruance sur quelques villes & chasteaux, ie veux destruire & ruiner tout ce que tu pourras voir de tes yeux: & n'as que faire de plus attendre aucune amitié de nous, ni te fier sur tes fortes murailles : car ie te veux destruire auec ton propre peuple sans aucun empeschement.

g Ie veux piller Cracouie, & laisser vne memoire apres moy de ma sanglante espée en ton pays, à fin que telle chose soit notoire & manifeste à vn chacun.

h I'y veux en outre planter par effet ma religion, & destruire à tousiours ton Dieu crucifié, du-

dum, quam tu ipse tibi accersisti.

d *Nàm certiorem te facio, velle me victorem tui abire, teq; persequi ab Oriente ad Occidentem vsq; & notam facere Maiestatem meam ad terminos vsque orbis terræ.*

e *Conatus meos scies magno tuo malo : cuius rei te facio certiorem, voloquè tibi potentiæ meæ amplitudinem notam esse.*

f *Et quoniam in quibusdam vrbibus & arcibus spes tua sunt sita, statui euertere soloquè aquare quicquid oculis tuis spectabile fuerit : nec est cur deinceps à nobis vllas amicitias exspectes, aut fidas munitis tuis mœnibus : nàm ita visum, te populumquè tuum nulla mora perdere.*

g *Cracouiam libet depradari, post meaquè relinquere in regno tuo cruenti gladii mei memoriam, vt ea res omnibus fiat manifesta*

h *Libet præterea meam ibidem religionem publicè constituere, & eternum perdere Deum tuum*

Digitized by Google

quel ie me redoubte la colere, & ne peut te donner secours pour te tirer de mes mains.

i Ie veux encore mettre à la charrue tes Prestres sacrez, & faire tetter aux chiens & bestes sauuages les mammelles des femmes.

k Tu feras bien & sagement de quitter la Religion que tu as : car autrement ie vous feray tous brusler.

l Contente toy de ce que ie te dy pour ceste heure.

m Tu me peux entendre, si tu veux, en ce que ie te declare de mon intention contre toy.

tuum Crucifixum, cuius iram nihil pertimesco, neq; tibi præsidio esse potest, vt te è manibus meis eripiat.

i *Libet etiam ad aratra damnare Sacerdotes tuos sacratos, & matronarũ vbera canibus, & feris fugenda propinare.*

k *Bene ac prudenter egeris si religionem tuam missam feceris, alioquin omnes cremãdos ignibus dari iubebo.*

l *Hæc tibi dicta esse, iam sufficiat.*

m *Intelligere potes quid velim, si vis, ex his, quibus tibi mentem erga te meam indico.*

Soldan Hottoman Trapetan.

Sultanus Hottomannus Trapetanus.

Prô! literas! & feritate, & toto genere dicendi bis barbaras!

Subiecerat autem istis literis earum Gallicus interpres, aut quiuis alius, etiam Gallicè, quæ sequuntur donata latinitate quali potuimus: *Hic Gigas, hic Goliathus iam ad portas est Transsyluaniæ, vt indè in superiorem Hungariam transeat, atq; in Poloniam, & sibi asserat VValachiæ & Moldauiæ vsurpationem. Ipsus ipsissimus in ca-*

stris est, iamq; castra sua Adrianopoli mouere iussit, in vicinos suos fulmina sua coniecturus. Quaspes reliqua Germaniæ, regione illâ subiugata? Et cui dubium est, quin in nos sit inuasurus, si Germaniam contingat subiugari? sed dicet aliquis: regiones multæ antè occupandæ, quàm res eò redigantur. At non miserebimur fratrum nostrorum Christianorum? Ignauiterne patiemur ab infideli illo Imperium Occidentis, vti illud Oriētis, occupari? Adeò gelu constrictæ erunt nobis pectora, vt nullo zelo accendamur iniuriæ, Dei Maiestati illatæ, vindicandæ? Iàm pudendam nostri memoriam ad posteros transmittemus, quæ nos accuset, non potuisse depositum tueri, quod nobis maiores nostri peperere? Moriamur, moriamur ergò Christiani, & vitā potius opportunè amittamus, quàm alteri alteros occidamus, natis de acus etiam cuspide litibus, quâ re nec saluti nec honori consulitur. Charitas Dei vrgeat nos, & ipse nobis pro clypeo erit, docebit manus nostras ad præliū, & tàm prosperos armis nostris successus dabit, vt vnus decem, decem centum, & mille, decem millia persequi possint, vt promisit. Hæc ibi. Ego autem mihi videbar sic subscripsisse: Dignetur ergò tua Sacra Maiestas, Rex potentissime, idemq; nùnc sanctissime Ludouice, ista legere, & socijs in Cœlo Regibus, ac Procerib. iam beatis, cómunicare, concilium cogere, cō-

a *Pro.24.* silium poscere; (a *Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses:*) ac tandem consiliorum cęlestium summā non scripto, sed huius fidissimi interpretis Raphaelis viua voce, Proceribus Ecclesiæ militā-

tis

tis adhuc mortalibus, regni tui, fidei, & causæ tuę socijs indicare, citò, citò, citissimè. Visus de disse Raphael maximâ fide egregias illas Turcæ, imò immanissimæ belluæ, literas in ipsas B. Ludouici manus, datas mòx legisse S. Ludouicus & quidem iterumq; iterumq;, totiesq; altum ingemuisse, & crucibus multis magnisq; vultum signasse: quin etiam horrore verborũ, imò lapidum cornutorũ, quos bellua illa Turcica loquebatur, tantum non (*hæsit.*

x *Obstupuit, steteruntq; comæ, & vox faucibus* Quin etiã visus (vti optarã) manuatim Optima tibus prędictis omnibus causę socijs tradidisse, conciliumq; mox magna facilitate coëgisse, in sũmo illo Cœli templo, ac ipse præsedisse. x *Virgil. Æneid.*

z *Tantæ molis erat Romanam condere Gentem.* Interim obdormiui ego altius solitò securus deinceps ad tẽpusculum curarũ omniũ tã harũ quã cęterarũ. Post aliquot horas mihi visus est ad me Raphael redisse, Cõcilij quidem illius augustissimi cõsilia valdè multa ferens, sed nihil in scriptis, præter breuẽ epistolã fiduciariã: quòd (vt aiebat) in illo beatorũ regno rara scriptura, rari Notarij aut Librarij, sed & rarissimę solent esse Superorũ ad mortales literæ, vnæ & alteræ fortassis; vnæ, quum scilicet digitus Dei legem Moysi in tabulas lapideas insculpsit; alteræ, indulgentiæ, quas sc. Angelus ad D. Aegidiũ fertur tulisse, cũ Carolus Magnus veniam admissorum desperaret, hoc inscriptæ versiculo: *Aegidij merito Caroli peccata remitto*; item V. Bedæ Epitaphium ab Angelo (vt ferunt) z *Virgil. 1. Æneid.*

Digitized by Google

insculptum, & si quæ pauculæ tales, ex quibus tamen aliquę apocryphę a nonnullis creditæ: deindè quòd parum tutum esset multa de his scribere propter aereas potestates fautrices regni Turcarum propensissimas, per quas iter, ne suspicari, aut quidquam cognoscere, vt sunt acutæ & sagaces, quoquo modo possent. Quapropter maluit S. Ludouicus omnia ore & verbis Raphaelis legati fiduciarii exponi Scriptori mortali, & per eum b*Regibus Iuda, Principibus eius & Sacerdotibus, & populo terræ.* Itaque fiduciariam schedulam tantùm, eamque breuissimam, & quasi triuerbiam, sed eam aureo charactere, & compositissimè, vt ab tanto Rege & Diuo, scriptam, tria tribus propè verbis comprehendentem, Raphael mihi ostendere, & coram legere visus est, hoc ferè sensu: ACCEMVS F. de Raphaelis manu literas Barbaricas. RESPONDEMVS Raphaelis ore; TV PVBLICA FAC Latinè OMNIA. Intellexi ergò ex prima scedulæ fiduciariæ clausulâ, summâ Raphaelis fidem ac diligentiam; altera, creatũ illum esse interpretem placitorum Concilij Heroum iam immortalium, illique certam fidem conciliari, ne dubitarem, quæcunque etiam paradoxa narraret, aut quidquid consuleret S. Ludouicum, & Curiam Regum immortalium dicendi illi authorem esse; tertiâ, visum esse Superis velleque quàm latissimè patere consiliorum suorum cælestium vtilitatem, quæ scilicet à me, inepulto licet, donari iuberent Latinitate, quæ quauis lingua latiùs patet, &c.

a *Vide Erasm. colloquio, de Peregrinatione Religionis ergò.*

b *Iere. 1.*

Digitized by Google

& Solis vtraque domo peruagatur. Ad hæc subitò pænè totus ego expergefactus, saltem vigilanti, quàm dormienti, aut somnianti similior, ingenti gaudio mihi totus perfundi visus sum; oculi mirè recreari clara illa luce vultus Raphaelis Angelum iam haud dissimulanter repræsentantis, & charactere illo aureo compositissimo manus illius beatissimæ S. Ludouici; aures suauissimè affici ac pendere à diuina Raphaelis facundia, loquentis linguis nũc hominum, nunc Angelorum, id est, nunc mediocri, nunc excelso illo dicendi genere vtẽtis; cor gestire intùs gaudio, narratione tantæ curæ & solicitudinis de nobis tot maximorum Heroũm iam immortalium; sperare vel tandem perfectam curationem morbi iam inueterati, tot medicis tantisque Reip. Christianæ curam tam seriò suscipientibus, & legato ipso, cui nomen esset *medicina Dei*, tanta fide, de tota morbi medicina referente. Exurrexi ergò tandem, & mòx mòx audita omnia ex ore Raphaelis, Lingua (vt mihi quidem tum videbatur) Gallica maiorum nostrorum, sed multò quàm nunc viriliore loquuti: Latinè, vt tum potui, descripsi, eò sanè libentius, quòd Turcam vel Christianum, vel funditus extinctum, Christianos assertos in libertatem, non minus auidè auerem, quàm S. Ludouicus ipse cum viueret tanta etiam sinceritate, vt quæ sequuntur, non tam mea sint, quàm sanctissimi illius Concilij tot Regum iam beatorum consilia & placita, Ergò *nunc* (*Reges*) socios Reges

Digitized by Google

hîc loquêtes *intelligite, erudimini qui iudicatis terram*, ab ipsis illis, qui olim etiam iudicârunt eã.

Hæc ergò de Repub. diuinos illos Heroes prouidisse, dixisse, & consuluisse. Primùm; audacem, fortem, & magnũ fieri Turcam Christianorum inter se discordijs & bellis. Discordiarum ergò, & bellorum horum causa cum sit duplex; vna, Sacra & Religiõis; altera, profana, & Dominij rerũ ac Regni; etiã duorũ Medicorum concursum videri fortè necessarium, Põtificis sc. Romani, & Imperatoris Germaniæ, Põtificis tamẽ studio & arte maximè opus esse.

Quà quorundam bella vel sacra sunt, vel sacra proximè tangunt, neminem esse Pontifice & Sacrorum Rege aptiorem, qui de illis ipsis & Pace vel statuat, vel consulat.

Quà verò profanum etiàm aliquid sunt, & de finibus agunt ac ditionibus; Imperatoris esse; nõ tamẽ alienũ etiã Pontificẽ de ipsis quoq; iudicare, vt communem partium patrem.

Cùr enim à Paulo dictum: c*Audet aliquis vestrũ, habens negotiũ aduersus alterũ, iudicari apud*
c 1. Cor. 6. *iniquos & nõ apud Sanctos?* Et: *Si in vobis iudicatur mundus; indigni estis, qui de minimis iudicetis?*
Ibid. Pontificem Romanum *Sapientiæ ducem esse, & sapientium emendatorem.* d*Quodcumq;* aut *soluerit*, aut *ligauerit* ipse *super terram, solutum*, aut
d Mat. 16 *ligatum* fore *& in cœlis.*

Si D. Ambrosio, Episcopo tantùm Mediolanensi, licuit Imperatorem ipsum arguere, ingressuq; Ecclesiæ, ob cædem septem aut octo miliũ ciuiũ Thessalonicę non satis iustè factã,

pro-

Digitized by Google

prohibere; multò magis licere Pōtifici Maximo, Magnos quidē, ſed tamen Imperatore minores, à cædibus belliſq; mutuis, aut iam feruētibus, aut inſtātibus, quib. tot myriades hominū, per fas illi, per nefas alij, intereunt hortari, ac iubere deſiſtere, & cōpeſcere. & verbo, aut ſcripto modò huic, modò alteri dicere: *Mitte* iā vel tandē *gladium tuū in vaginam.* Et: *ceſſet iàm manus tua:* & *Parce* iàm *ferro.*

e D. Bernar. videri hùc illū hortari, cū ait: *Accingere gladio tuo, gladio ſpiritus, qp eſt verbum Dei. Glorifica manū & brachiū dextrū, in faciēdo vindictā in nationibus; increpationes in populis, in alligādo Reges eorum in compedibus & nobiles eorum in manicis ferreis. Si hæc facis, honorificas miniſterium tuum & miniſterium te.* e D. Bern. li. 2. de cōſid. ad ſuū Eugeniū c. 5.

Poſſe verò nō modò ſed forſitā etiā debere.

Iſtud Chriſti Oraculū, f *Beati pacifici*, id eſt, nō pacati & placidi tantū homines, & quaſi Quiculæ, ſed curatores Pacis & Pacificatores; *quoniam filij Dei vocabūtur*, nulli magis cordi eſſe debere, quā Pōtifici Maximo, qui in terris perſonā Filij Dei ſuſtinet, id eſt. Ieſu Chriſti, qui eſt re & cognomēto *Princeps pacis:* Chriſti, qui *Mediator Dei & hominū:* Chriſti, qui eſt *lapis angularis faciēs vtraq; vnū, pacificās omnia, & quæ in Cœlo & quæ in Terra: faciēs habitare vnius moris in domo:* in cuius ortu Pax, in cuius occaſu Pax. in cuius rediuiuio & reſurrectione Pax; in cuius ſemper ore Pax. f *Matt. 5.*

Pacē procurare, eius eſſe, qui sāctitatis nomine prę cęteris honoratur; nā & Sāctos Patres magna ſua laude appellari. *Pacificātes in domib. ſuis.*

Digitized by Google

Bella dirimere eius esse, qui vel duella tam strictè vetet, ac ne spectari quidem impunè velit: ne g *homicidium cum admittunt singuli, crimen: virtus vocetur, cùm publicè geritur.*

g D. Cypri anus.

Sanctum olim Telemachum, quum Romę in Amphitheatro gladiatores spectaret, mutuis se vulneribus conficientes, alternis vtrumque complecti cœpisse, atque exclamasse: *Quid facitis fratres? Quæ causa est tantæ discordiæ?* studio scilicet magno alterum alteri conciliandi.

Q. d. h *Quis furor est, atram bellis accersere mortem?*
Imminet, & tacito clàm venit illa pede.

h Tibull. lib. 1. eleg. 10.

i Valdum Eugabinæ vrbis Episcopum, cum ciues suos in seditionem versos verbis placare non potuisset, iamque ad arma concursum esset; inermem inter tela, strictosque mucrones, irrupisse, seseque humi prone corpore prostrauisse, nec exsurrexisse, donec illi saucium rati mutua odia in vnius miserationem conuertissent; quasiq; cum Iocasta illa Thebaide dixisse ad duos filios;

i Surius tomo 3.

k *Ibo, ibo, & armis obuium obponam caput.*
Stabo inter arma, petere qui fratrem volet,
Petat ante matrem; tela qui fuerit pius
Rogante ponat matre; qui non est pius,
Incipiat à me; feruidos iuuenes anus
Tenebo, nullum teste me fiet nefas:
Aut si quod, & me teste, committi potest,
Non fiet vnum.

k Senec in Thebaide Act. 3.

l Idem ibi. Acto. 4.

——— l *Sancta si pietas placet,*

Dona-

Digitized by Google

Donate matrem pace: si placuit scelus,
Maius peractum est, media se opponit parens:
Proindè bellum tollite, aut belli moram.

D. quoque[m] Augustinum pacificandorũ Hieronymi & Ruffini studiosissimum fuisse, ex his verbis euideri: *Heu mihi, qui vos alicubi simul inuenire non possum; fortè, vt moueor, vt doleo, vt timeo, prosiderem ad pedes vestros, flerem quantùm valerem, rogarem quãtùm amarem, nunc vnumquemq; vestrum pro seipso, nunc vtrumque pro alterutro, & pro aliis, & maximè infirmis, pro quibus Christus mortuus est, qui vos in theatro vitæ huius cum magno sui periculo spectant: ne de vobis ea conscribendo spargatis, quæ quandoque concordantes delere non poteritis, qui nunc concordare nolitis, aut quæ cõcordes legere timeatis, ne iterùm litigetis.*

[m] D. Aug. ep. 15.

Constantinum ipsum Magnum in Concilio Nicæno aliquoties Patres ipsos ad mutuam inter se concordiam incitasse.

Ergò Pontificis summi esse, Episcopi Episcoporum, hæredis Apostolorum, Vicarij Mediatoris omnium, Reges Regibus, plebes plebibus conciliare.

Dignum videri vindice nodum istum, vt Deus iste mortalis, id est Dei vicarius ac legatus Christi, meritò interesse atque intercedere possit ac debeat: & quasi è machina produci, si tamen illud magni artificis præceptum religiosè seruandum est, vt[n] *Nec Deus interfit, nisi dignus vindice nodus.* Inciderit.

[n] *Horat. in Arte Arist. περὶ ποιητ. Plato in Cratylo.*

Digitized by Google

Vrgeri quoque hùc Pontificem Max. vel Ethnicorum ipsorum exemplo.

o *Gregor. presb. in vita D. Gregor. Nazian.*

o Cratetem enim Thebanũ, hominẽ Ethnicum, ingredi eas ædes solitum, quæ discordijs laborarent, & contentiones verbis pacem suadentibus consopire.

p *Horat. li. 1 Sermonũ Sat. 5.*

p *Mœcenus optimus atque*
Cocceius, missi magnis de rebus vterque
Legati, auersos soliti componere amicos.

Nestorem quoque illum trecentennem senem, apud Homerum, in reconciliandis Principibus Agamẽnone & Achille, de raptâ Bryseide implacabiliter contendentibus, fuisse occupatissimum. q *Nestor componere lites*
Inter Pelidenfestinat & inter Atriden.

q *Horat. lib. 1. epp. ep. 2.*

Quid? Etiàm Thracem quemdam ac Barbarum, vtrimque ad auxilium & partes solicitatum à Græcis æquè Phrygibusq; bello Troiano, quam belli originem cognouisset, vtrorumque iudicia damnasse, *testatum se non videre, quid opus esset armis ad eam causam, illud esse promptius ac verius, vt Paris Menelao vxorem Helenam redderet, se Paridi (sitàm in fœminas insaniat) vel 10. missurũ puellas forma exquisitissimæ, & per gentes raræ.*

r *Plutar. tom. 2. Moral.*

r Ephores, Lacedæmoniorum Magistratũ, patremfamilias aliquãdo malè multasse, quod duos fratres filios suos passus esset litigare.

Beatos esse, Diuos, Reges, & Populos *Pacificos*, id est Pacificatores, *quoniam filii Dei vocabuntur.*

Studium pacificandi quàm faciàt quemque

Digitized by Google

qũe Deo charum, indè euideri, quòd Pafnutio Abbati in ſolitudine vitam agenti aliquandò reuelatum eſt, quendam Heracleæ ciuem, illi vitæ meritis parem eſſe, etſi & vxorem & filios haberet. Quæſitum enim illum ſtudiosè à Pafnutio, teſtatum eſſe, ſe poſt ſecundam prolem ſuſceptam, caſtitatem cum vxore ſeruare, Iuſtitiæ ſtudere, pietatem colere, [f] *& hoc præcipuè moris habere, vt ſi quos inter ſe odio diſtractos cognouiſſet, continuò ingratiam reducere niteretur.* Itaque curam illam in reconciliandis alijs, indignationibuſque ipſorum leniendis poſitam effeciſſe, vt homo vrbanus & vxoratus ſanctis Eremi cultoribus æquaretur.

[f] *Palladius hiſt.* 64.

Eam curam, etſi omnes deceat, tamen maximè decere Sacerdotes, & in his ſummum præcipuè, & hunc Paulum V. quem ſic (cùm aliter poſſet) nouo nomine cum noua dignitate voluit Deus appellari, præſagio quodam futurorum. Græcâ enim lingua nomen Pauli ductum ἀπὸ τῦ παυλῶ, ceſſationem ſignificare, quietemque & pacem, & παυσίλυπον ademptorem curarum. Itaque Pauli huius V. proprium eſſe, ac dicere [t] *conſolari nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum, in terra, cui maledixit Dominus.*

[t] *Gen. 5.*

Sed & Paulum Apoſtolum, magnum quoque Pacis procuratorem fuiſſe.

Ex illo voto patêre, *Vtinàm abſcindantur,* [u] *qui vos conturbant!*

[u] *Epi. ad Philemonem.*

Et ex ijs verbis, quibus [u] Philemoni promittit

Digitized by Google

mittit repositurum se & persoluturum, quæ Onesimus esset fugiendo suffuratus, vt reconciliet.

Paulum V. sperari ab omnibus, *similem fore in gloriâ* istâ *Sanctorum*, & studio pacificandi vniuersi.

Vniuersos Catholicos ità secùm, & in sinu, dicere: *Sicut oculi seruorum in manibus Dominorum suorum, ità oculi nostri ad Dominum Deum nostrum* primùm; dein ad Paulum V. *donec misereatur nostri.* Nostri, id est, eorum, qui nuper *descendentes ab Ierusalem in Iericho* à visione & vsione Pacis, ad bella plusquàm ciuilia deflectentes, *x inciderunt in latrones* hinc & hinc, qui despoliatos omnibus, *& plagis multis impositis* semiuiuos iam & prostratos licet videntes, nondum tamen relinquũt, leone quouis efferatiores, cùm

x Luc. 10.

y Corpora magnanimo sat sit prostrasse Leoni.

y Ouid.

Sperare omnes Paulum V. ad clamores populi semianimis, non surda aure, neque immota manu (vt quondam Leuita ille & Sacerdos, qui in z Euãgelio minùs misericordes memorantur) pertransiturum, sed Samaritani illius humanissimi instar accessurum propiùs, si non pedibus, saltem affectibus atque effectibus, & vulnera sauciorum vixque iam respirantium vino diluturum, oleo peruncturum, circumligaturum, nihil non ad valetudinem ægrorum populorum reparandam facturum, neque dumtaxat in iumẽtum, sed & in humeros

z Luc. 10.

res ipsos suos susceperunt, & denique apud Hospitij Dominum cuncta curaturum, dùm Paci & saluti restituantur.

Sperare omnes, Paulum V. diuina gratia *in tempore hoc restituturum regnum Israel*, & facturum, vt sit (Pacibus vbique perfectis & compositis, & Turcico Satana aut conuerso aut debellato) *vnum ouile, & vnus pastor.*

Porrò hoc *vnum esse necessarium.*

Vias porrò ad Pacem multas esse, & eas Paulum V. pro sua ingenti prudentia, & dono quodam Spiritus-sancti priuo Sedi Apostolicæ promisso, peruidere, & pro paterna sua in filios pietate, & pro pulchri nominis omine ac præsagio, & pro suprema in Terris autoritate eas ingressurum passim sperari.

* *Hei mihi, quot ad salutem nobis viæ!* aD. *Chry sost.*

Quot ad Pacem pontes ab hoc Pontifice fieri, sterniq; aut adtolli possunt!

Propè nocere ipsam copiam, ac facere, vt nesciatur, quà magis sit eundum.

Videri tamen optimum & consultissimum Concilio Procerum iam beatorum si quæ sequuntur, primùm ineantur, ac tententur.

*1. MONITIONES aliquot paternæ ac seriæ à Pontifice fiant Pastoribus nonnullis populorum; scilicet:

*j. NE POPVLIS ac regionibus multis diu malè esse, propter paucos, velint.

*ij. VT A SACRIS functionibus in Sacra, Sacerdotia, & Sacerdotes abstineant, vt & ipsis

ipsis vicissim Deus hostimento quodam vrbano plenum in laicos suos, & laica reddat Imperium, tantum pro tanto.

Accidere enim illud frequēter, *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædáberis?*

Qui quæ vult dicit, quæ non vult, audiet.

Qui quod vult agit aut iubet, quod non vult, patitur.

*iij. VT SACERDOTIBVS Laicos reddant principatus, quos vsurpant.

*iiij. VT CONDITIONIBVS Eisdem saltem tractent cum quibusdam, quibus ijdem nō ità pridem cum ipsorum gente, in simili ferè argumento, ac tumultu tractarunt.

Legi Naturæ id congruere dicenti. *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris: & quod ab altero velis, id fac alteri.*

Vtendum pulcrâ vicissitudine, & recursu quodam aut refluxu gratiarum.

Mysterium hoc *Regni, & Sacramentum* Reip. magnum esse, idque ex Magni Gueuarre Franciscani Hispani epistolis aureis sub finem, disci posse.

*v. VT VICINOS populos concuti non sinat à suo milite, maximè quum is signa obedientiamq; turbulentus deseruisse videtur, nec plus seruorum adsumat, aut numerosiore militem, quam quibus par sit ærarium, me grauentur finitimi atque infestentur, & fortè indè tentantur partibus deterioribus per odium atque impatientiam adhæresceré, occulteque fauere.

Dici

Digitized by Google

Dici sapienter à Poetâ: *Noscendaq; bursa*
Est mensura tua. Iuuenal.

Iniustum esse atque inglorium, pompam ac famam copiosi exercitûs alienorum stipendijs affectare.

Hæc facientibus pacem diuinitus certam fore.

Opus iustitiæ pax. Isai.

Fruituros suis plenissimè qui non incubuerint alienis.

Scortum alterius non facilè fore vxorem eius, qui alieni thalami insessor nó fuerit.

* vj. VT COGITENT, Christianismum vniuersum coire & vniri in Turcam non posse, ob bella paucorum.

Perire Regna integra Domino Deo & Christo, dùm nimis studetur, ne punctum terræ pereat seruo & homini Christiano.

Furorem esse manifestum, [b] *Gentibus inuisis,*
sacrum præbere cruorem; [b] Lucan. l. 1. Pharsal.
Cumq; superba foret Babylon spoliãda trophais
Ausonijs;——
Bella geri planè nullos habitura triumphos.

Auaritiam prodigalitate scelerata mixtam videri, cùm *tantum terræ potuit, pelagiq; parari,*
Hoc quem ciuiles hauserunt sanguine dextræ,
illum profundere, vt fluuiolus tãtùm, aut colliculus & tumulus vel capiatur vel retineatur.

Potuisse Constantinopolim, & Ierosolymos, ac deniq; totã Terram-sanctam vel emi illo auro, vel illo sanguine extorqueri, quem hausc-

hauserunt bella domestica, & bello quidem multo breuiori ac minùs cruento.

*vij. VT CIRCVMSPICIANT in proxima Regna, & quibus modis illa quoque turbata, paci tamen suæ fuerint reddita, & easdẽ Pacis vias ineant.

Assyriorum hoc more, qui olim, si quos ægros habebant, in forum deportabant, & sic curabant, vt se antè curatos dicerent viatores, qui similibus morbis aliquandò laborassent.

Gallorum Regnum certè Pacem altam habere cœpisse, Henrico IV. & aliis tandem vbi oportuit, conniuentibus.

Germaniam à Carolo V. Belga æternæ memoriæ Imperatore, non armis, quibus parùm effecit, sed conniuentia quoque fuisse pacatiorem.

c Cic. li. 4. epp. Fam. ep. 3.

c *Quod exemplo fit*, Optimatum maximè & optimorum *id etiam iure fieri.*

Dimidium sæpè plus toto esse.

Vt contingat per conniuentiam amitti obstinatè perduelles, & armis propè inuictos; seruatum tamen iri saltem Catholicos & Probos interiectos vt lilia inter spinas, & deindè immissis operarijs doctis & probis, nouos (tanta est vis veritatis) Christo posse generari.

Saltem *reliquias Israelis saluas* sic fore, quæ alioqui sensim pereunt

Henricum IV. præcipuè ità sensisse, c sic ibi declamasse.

Initio nascentis Hæresis, D. Augustini cõsilia de Hæreticis turbulentis, phræneticorum instar,

inſtar, ligandis, deque quietis, Lethargicorum inſtar, pœnâ excitandis, ſequi acrius oportuiſſe (*Principijs obſta*) nunc autem ſic aucto hoſtiũ numero, & bellandi vſu roborato, per citò debellandi negligentiam, & quorundam prædæ maius ſtudium, quàm emendæ; opinari nonnullos, iàm ſerius eſſe, armis velle expugnare, meliùs ſucceſſurum, ſi Chriſtianâ lenitate, ſi rationibus, linguis calamiſque agetur.

Fortaſſe armis nec perditos illos recuperatum iri, & integros adhùc in fide populos armis iritatorum hoſtium & vtcumque potentium debellatos, perituros.

d *Multi enim vindictam de ſuis aduerſarijs ſumere volentes, tantùm abeſt, vt vlti ſint, vt potiùs ipſi perierint.* d *Cic. orat. de Pace.*

——— e *Arma tenenti* e *Lucanus*

Omnia dat, qui iuſta negat: iuſta reuera, vel opinione poſcentis.

f Sæpè *viſum, quod fuerat primo ſanabile vulnus,* f *Ouid.*

Dilatum longæ damna dediſſe moræ.

g *Quauis tuta conditione pacẽ accipere* *ſatius, *quàm viribus cum valentiore pugnare.* g *Cic. li. 5. epp. fam. ep. 21.* *al. *malui.*

h *Tempori cedere, id eſt, neceſſitati parere, ſemper ſapientis eſſe habitum.* h *Idẽ li. 4. epp. fam. ep. 9.*

Neceſſitatem quandoq; *intuendam, non aequitatem.*

i *Non eſſe præter æquum, cedere neceſſitati.* i *D. Bern. li. 1. de cõſid. c. 5.*

Nauarchos prudentes non ſemper in ventos aduerſos niti, ſed cum *rati ventos tradere*

pro arbitrio non possunt, *ratem venti* aliquan-dò vel inuitos, aut volentes-nolentes, tradere.

k Eccl. 4. Sapientem sapienter suadere; k *Noli resistere contra faciem potentis: nec coneris contra ictum fluuij.*

l Cic ep 6 l. 9. Fami. Putari à nonnullis, l *Non esse idem ferre, si quid ferendum est, & probare, si quid probandum non est.*

Et opinari, non omnem tolerantiam mali, culpam habere; sed vacare tùm culpâ, primò cùm resisti omninò non potest, ob vim ex aduerso maiorem; secundò, cùm permittitur id, cui resisti quidem possit, sed damno fortè maiore quàm commodo; in eoque genere à multis vsuras publicas reponi, lupanaria &c. Mala fortè necessaria.

m Senec. in Oedipo Act. 3. m *Vbi turpis est medicina, sanari piget.*

Moysen in vitio nullo esse, etsi libellum repudij tolerauit potiùs, quàm iussit, scilicet ne vxoricidia crebrescerent.

Bigamiam, & vnius viri cum pluribus fœminis nuptias, initio innocenter dissimulatas, non modò vt populus Dei cresceret, sed ne vagi ferino ritu concubitus, magno prolis, publicæque honestatis damno frequentarentur.

Timotheum à Paulo innoxiè circumcisum, & Gentes sub Petro Iudaizare permissas.

Ad duritiam cordis quorundam leges suas, quas

quasi Lesbiam regulam, legislatores quosdam inflexisse; iudicio certo, non pretio, quasdam leges fixisse, refixisse.

Adparere,[n] *quod opinionum commenta delet dies natura indicia cõfirmat.* Et: *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam.* [n] *Cic. li. 2. de Nat. Deorum.*

Quòd, [o] *quæ ratio nequit, sæpè sanauit mora.* [o] *Senec. Trag.*

Quòd, [p] *curando fieri quædam peiora videmus. Vulnera, quæ melius, non tetigisse fuit.* [p] *Ouid.*

Medicum peritum mallere corporis sordes quasdam non eluere, quàm studio omnes eluendi, venas omnes ægro & viscera aperire. Et pias matres segnius suæ proli nares emungere, quàm (quod dici solet) vel sanguinem elicere, aut nasum auellere.

Mercatorem cautum, iacturam partis mercium potiùs magna tempestate facturum, quàm, dùm nimis vult nihil amittere, etiàm quæ saluari per iacturam poterat, (cum iactura) importunè seruata) amittat.

Iacturam in loco pro lucro esse.

Fieri posse, vt non modò aliqua conniuentiâ populi adhuc integri conseruentur, & reliquiæ Catholicorum *in medio nationis prauæ* habitantium foueantur, sed etiàm vt immissis Catholicis Pastoribus plerique peruersorum (vt senes *lassati* iàm *in via iniquitatis*; vt iuuenes, quibus *Sol Iustitiæ* & veritatis Catholicæ nunquàm illuxit, natis scilicet Hæresi feruente, belloque flagrante: vt simpliciores,

Digitized by Google

quibus deceptis *opus fortè magis Doctore, quàm Tortore*) ad meliora conuertantur.

D. Augustini sensu; q*Non propter malos bo-*
q*D. Aug. ep. 48.* *ni deserendi, sed propter bonos mali tolerādi sunt, sicut toleraverunt Prophetæ, contra quos tanta dicebant.*

Plus certe facturos fructus & messis Catholicos, quò tùnc essent admissi, quàm vndealioqui sunt semper exclusi, dùm semper vltrò citroque bellatur, nihilq; hinc & hinc ceditur. *Inter arma silent leges.*

Rursus, Concilij beatos Proceres vno penè ore omnes dixisse, *obposita iuxta se posita magis adparitura talia*, & veros Catholicos, velut per antiperistasin quandam, tunc conaturos magis ad perfectionem, tùm studio lapsos cõuertendi, tùm, *vt vereatur qui ex aduerso est, nihil habens malum dicere de nobis.*

D. Paulum fortè & huc spectasse cùm dixit, *oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant.*

Sed & Deum ipsum quoque, qui Heuæos, & Iebusæos, & reliqua talium barbarorum monstra, inter Iudæos reliquit, exercitij causa: item, qui fomitem peccati in homine, etiam renato, omninò non extinxit.

Scipionem Nasicã passim laudari, qui Carthaginem deleri funditus noluisset, ne sine hoste langueret Romana virtus, & vitia agminatim, cedente virtute irrumperent.

Q. d. *Carthago quocunque die desistet, eodem Vrbs sine Palladio, res sine cose ruent.*

Vide-

Digitized by Google

Videri posse nonnullis, fortè mollitiei suæ ac libertati illos obliquè studere (ne scilicet viuere meliùs, aut vigilare diligentiùs cogantur permixti malis) qui alienæ nolunt, etiàm rebus valdè vrgentibus, tantisper aut in tantillo conuiuere, nec audire quemquam, tamen armata manu dicentem;

[1] *Tempus inane peto, requiem spatiumq́ furori,* [1] *Virgil. 4. Æneid.*

Dum mea me victam doceat fortuna dolere.

[f] *Dediscit animus serò, quod didicit diu.* [f] *Senec. Troa.*

Videri quoque posse eos nonnullis, diffidere causæ suæ, & Veritati, & Gratiæ Dei.

Scholas sectasque Philosophorum Ethnicorum contrarias disputasse quidem acriter, pugnasse tamen nunquam. Volentibus vniri, Academiam, Lycæum, Stoam & porticum patuisse, ac sic Christianis æquè omnibus, in tãta religionũ, diuersitate, & partium potentia, disputandum ardentius, pugnandum vel temperatiùs, vel nunquam.

Item; iussum esse, *ad messem vsq; relinqui zizania.*

Christum à Petro se armis defendi noluisse. Regni sui à terreno differentiam hanc dixisse, quòd *ministri eius non decertarent*, ne traderetur Iudæis.

Fidem ex auditu esse, non ex metu; ex dono Dei, non hominum imperio.

Mahometismi proprium esse, gladio sua inculcare, Christianismi autem verbo, miraculis, vita, &c. persuadere.

Digitized by Google

Et illud (*Compelle intrare*) perperam fortè adduci ad cogendos Hæreticos; Primò quòd vox *compellendi*, imò & cogendi (vt ibi; *& coegerunt duo discipuli Emmaunte Iesum intrare*) nõ semper vim significet, sed multã, indefessam, ac benè importunam deprecationem aut solicitationem. Secundò; quòd qui compelli illiç iubentur, Ethnici sunt, & nunquam antè inuitati, quos ad fidem vsumque Sacramentorum cogi non posse docent etiàm Catholici.

Deindè, vt de inuitatis, id est, iàm Christianis conscriptis, sed in hæresim posteà lapsis, illud (*compelle*) intelligeretur, tamen ex hæreticis qui nunc dicuntur, pleroſque multos nũquàm fuisse Catholicæ filios, vt potè natos in Synagoga Satanæ, & ex auis & maioribus pridem Hæreticis; itaque videri posse, ad reddendam veræ Ecclesiæ obedientiam, quam nunquàm ei promiserint, armis non esse compellendos; non ferè magis quàm puros putos Ethnicos.

Iean. 6.

Item Henricum cõmemorasse locum illũ, in quo Dominus Iesus etiam in tanto negotio, Eucharistico scilicet, cùm vidisset Capharnaitas deficere, discipulis quoque suis ipsius fecerit deficiendi à se licentiam ac libertatem, illis verbis. *Nunquid & vos vultis abire?* q.d. [t] *Neque vos teneo, neq; dicta refello.* Abire per me licet. *Qui discedit, discedat.*

[t] *Virg. 4. Æneid.*

Hanc D. Chrysostomi sententiam notatu esse dignissimam: [u] *Neque enim homini licet tanta cum licentia homines curare, cum quanta oues pastor*

[u] *D Chrysost. l. 2. de Sacerdotio.*

Digitized by Google

pastor curat. Hic enim liberum est & vincire, & à pabulo arcere, & vrere, & secare: quàm illic medicinæ accurationis susciendæ facultas posita minimè sit in illo qui medicinam adhibet, sed in eo tantùm qui laborat. Hoc enim admirandus ille vir quum animaduerteret, sic Corinthios alloquitur. Nō quod dominemur vobis nomine fidei, sed adiutores sumus gaudij vestri. Christianis enim in primis minimè licet vim in corrigēdo afferre. Porrò exteri quidem iudices, quum facinorosos homines leges trāsgressos fuisse deprehenderint, magna se præditos autoritate ac potestate ostēdūt, eosdemq; vel multos, suos ipsorum mores mutare cogunt. Hic verò non vim afferre, sed suadere tantùm oportet, atq; hac ratione meliorem efficere, quem emendandum susceperis. Neq; enim nobis facultas tanta à legibus data ad delinquentes coercendos: ac ne si dedissent quidem, haberemus vbi vim huiusmodi potentiamq; exercere possemus: quum Christus eos aterna corona donet, non qui coacti, sed qui certo animi proposito à peccato abstinent. 2. Cor. ii

Et paulò pòst: *si nulla ex parte parcere volēs, debitam adhibueris sectionem: fiet sæpè, vt animum ille doloris impatientiâ desponden s, atque adeò omnia simul detrectans, tùm pharmacum, tùm vinculum, se ipse præcipitem ferat, contrito iugo, ac confracto laqueo. Equidem complures recensere possim, quos constat in extrema mala adactos, non ob aliud, nisi quod digna ab eis pœna, & qua peccatis perpetratis par esset, exigeretur.*

Arbitrari se D. Augustinū, qui à prima xD. Aug. epi. 48.

Digitized by Google

sententia de non cogendis Hæreticis, redijt ad aliam de cogendis, propter multos homines, imò multas Ciuitates è Donatistis factas Catholicas; nunc quoque fortè simili causa, ad primam sententiam de non cogendis redituru, propter multas ciuitates, imò Prouincias, ac fortè Regna, obstinatiùs metu pœnarum discedentie, ac resistentia. Hos dies aliam sententiam, alios mores, alias leges postulare.

Item; credere se, Principes quosdam, si cum Hæreticis suis (vt nunc res sunt) conniueant, apud Deum culpa vacaturos, quià coacti, maioris mali metu, & studio maioris boni, à veterum Principum edictis tàtisper & tantillum deflexerint, iuxta distinctionem tolerantiæ paulò ante allatam. Videri, satisfactum iam abundè esse à quibusdam verè Romaneque Catholicis Principibus, vel officio pij Patris in castigandis filijs aut subditis desertoribus, vel officio pij Ecclesiæ Catholicæ filij ac patroni, in Hæreticis pro viribus debellandis; satisfactum partibus, & fidei, quam probet. *Quadraginta* enim iàm ferè *annis* aliquem ex ipsis *proximum fuisse*, & instituisse *generationi huic*.

Reliquum ergò esse, vt vbi nùnc est Ecclesia, ibi sint potiùs Catholici, quàm dum sic, aut sic, & ibi esse volunt, in nulla sint (quod tamen fieri nunquàm potest, propter Christi promissum, de Ecclesiæ & regni sui æternitate) aut in valdè angusta; & plures multò in Hæreticorum & Sathanæ Synagoga, si fortè causa peior victrix euaderet, vt sæpè fit, vt cùm

Vide disquisitio. nē Nic. Fabri Præceptoris Ludou. XIII. Gal. Regis: Nùm grauiores mal. vitandi causa, leuius committi possit, pag. 1. Opuscul. Psal.

Causa

z *Causa dijs victrix placuit, sed victa Catoni:* zLucanus
vt cùm Beniaminitę vindicta dignissimi, ob libidinem maximè intolerandam, vindicem Israelitarum reliquorum exercitum iterumq; iterumq; fuderunt.

Item, se arbitrari, non incommodum fore, si Pontifex Summus Principes quosdam conuiuere tantisper cum perduellibus suis iubeat, non quasi ex Indulgentia, aut dispensatione aliqua Pontificia ad destructionem, sed quasi ex Iustitiæ rigore & salutis desperatione, in pœnam pertinaciæ ad ædificationem, ac si quisq; ipsorum diceret; a *frustrà castigaui filios meos? disciplinam non receperunt? abierunt retrorsum &c.* ideò iratus in populum meum, b *dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuẽtionibus suis.* a Iſaiæ. b Psal.

c *Non percutiam vos vltrà addentes preuaricationem.* c Iſaiæ.

Magnam fore Pontificum Regumque iram, non punire, vt aliquandò Dei ipsius.

d *Exacerbauit Dominum peccator: secundum multitudinem iræ suæ non quæret.* d Psal.

Arbitrari se, obloquutoribus dici posse; Cõniuentiæ illius nouæ vel præceptum, vel consilium, vel indultum, tàm à magna Ira profectum esse, quàm à magna Clementia.

Ab Ira magna, instar Medicorum, ægros illos deserentium, quos curari vident nolle, aut etiàm satagere ne curentur: (c *ipse enim se interimit, qui præcepta medici seruare non vult.*) c D. Aug.

A magna verò Clementia, in pias Catholicorum,

corum, in nonnullis perduellium regionibus, vrbibus degentium, reliquias, ità solicitantium ac vouentium, ne semper dicant; *parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.*

Item; ità factum, ne semper verberibus, nũquàm verbis & ratione, cum populis agere voluisse dicantur rerum Domini, aut semper vsi fuisse lege Rigoris, nunquam lege Gratiæ: sed potiùs alternatim omnia tentasse, vt dicere possit quisque; *Quid debui facere, & non feci?*

Memet in omnia verti.

Dici quoque posse; ità factum, solicitantibus occultè bonis, ijsque fratribus & sociis, belli & miseriarum diuturnitate ferè expirantibus, sed & vicinorum ditionibus fumum fauillasque continuas tanti incẽdij non ampliùs ferentibus, sibiq; iure tandem metuentibus.

Dici posse; factum Imperio ità flagitante, dùm meritò à Turca minace, & Sigismundo Poloniæ Regi extrema per literas plusquam AEacidinas minitante, sibi & toti Ecclesiæ timet, nemine succurrente, totaq; militia Christiana ciuilibus bellis distenta.

Dici posse; Naturæ hortatu atq; imitatione factum, quæ pedem aut manũ, aut quamlibet corporis partem illibenter quidem perdit, sed perdit tamen sæpè, vt totum ipsum seruet.

Ouid. li. Metam.

† *Immedicabile vulnus*
Ense recidendum, ne pars sincera trahatur.

Dici posse; serpentinâ prudentiâ à Christo com-

Digitized by Google

commendata, neglectis minùs necessarijs membris, vni vitalis capitis conseruationi ità prouisum esse.

Prouisum; ne dùm terræ angulus, tantis viribus, tamdiu custoditur, aut petitur, infinita regna breui, & sine sanguine barbarico, amittantur, qui ferè semper hactenùs Christianos *sedendo vicit*.

Dici quoque posse; factum aliquo maiorũ exẽplo. Cũ enim Iustinus primus, Imperator, Princeps Catholicus & deuotissimus, faueret Catholicis contra Arrianos, atque ipsis vellet Ecclesias adimere; Ioannes primus Pontifex Romanus intercessit pro Arianis, & euicit, ne Italia & Roma exscinderetur à Theodorico Rege Gothorum, ostendens, è duobus malis non quidem eligendum minimum, sed tolerandum, cùm vtrumq; vitari non potest. g *Vide Naucleri vol. 2. Generatione 18. ad annũ quingentesimũ vigesimũ, pag. 539. in Hormisda.*

Dici posse; ab Ecclesiâ Regibus ac Principibus, maledictionem diuinam ab hac conniuentia timentibus, dictũ fuisse; *In me, fili, sit ista maledictio*, si tamen specie pœnæ & Iustitiæ, id magis velis, quàm Indulgentiæ, & studio maioris boni, ac metu maioris mali. *Genes.*

Eadem plerosque in illo Cœlitum Concilio concorditer, de modis solidè Pacificandæ Reipub. Christianæ, dixisse, post Henricũ IV. magnum Gallorum Regem.

Cæteros verò restrinxisse, ac dixisse, posse non absolutè in perpetuum conniuentiam illã permitti ac promitti, rebus vt nũc stãtibus, sed cum termino aliquo, ad annos scilicet 19. 20. &c.

Digitized by Google

20.&c. quasi quadam indutiarum forma, ad fructum vel damnum eius lenitatis ac remissioris quæsitionis vtrinque interim experiendum, quasi ità diceretur: Visum est tot iàm annis labentibus, quàm multum regni Christi, legum Politicarum rigore, & supplicijs atrocioribus, perditum est? Videatur quoque vel tandem, & tentetur aliquot annis, quid relaxatione eiusmodi pœnarum illi accrescet, aut decrescet.

Apud quosdam enim sanè populos verum illud esse, [h] *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.*

[h] *Matt.5.*

Psal.36. Et: *Mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.*

Ibidem. Et: *Sunt reliquiæ homini Pacifico.*

Generoso animo duci volunt, non trahi: poppismis magis blandè inuitari. Item; Posse ità tentari, non toto aliquo regno, neque omnibus in Prouincijs, neque vrbibus adhùc Catholicè degentibus (quod volunt quidam:) sed tantùm in corruptioribus, victricibus, aut adhùc armatis. Deindè in ijs quoque in quibus, nominibus Nomēclatori per censum publicū datis, plures ac digniores Hæresin profiteri, quàm Catholicam reperientur.

Numeranda enim non tantùm, sed etiā ponderanda esse suffragia: vt numero, nonnunquam, ità dignitati seruiendum.

Vel; si Victores, & quorundam locorum seu legitimi Domini, seu vsurpatores, tàm erūt hic, de fratrum suorum (vt loquuntur) qui spar-

Digitized by Google

ſparſim in reliquo regno ſunt, ſalute (vt putant) ſoliciti, vt velint etiam ipſis conniuentiam impetrare, examinari poſſe, an non ſit ſatis, aut plus ſatis, ſi in tot Vrbibus, Pagis, Prouincijſque eiuſdem regni Catholicis ea res ipſis concedatur, quot ipſi Vrbes, Pagos, ac Prouincias fidei Catholicæ hactenùs à ſe clauſas aperient, vt quodam velut hoſtimento ſit tantum pro tanto, & ſint cuique & recto cultui, & ſuperſtitioni ciuitates velut refugij, numero pares.

Certè rarò pacem vllam perfici, quin vtrimque parùm à ſuo iure diſcedatur, poſtulétur æqua, & ferantur.

Ex ore, imò oraculo I. Lipſij adhùc in viuis poſiti, auditum eſſe, Batauos ſaltem non nimis à Catholicâ admittenda auerſos, ſed nódùm properare, illo ſcilicet metu, ne Catholici res nimis præcipitent.

Et quidem hanc de Religionum libertatẽ, quam vocant, fuiſſe Procerum nonnullorum ſententiam; cæterum eius Cenſuram, vſumque, aut repudium, liberum ipſi Eccleſiæ militanti libentiſſimè ipſos permittere, more maiorum, & ſuo, cùm adhùc in terris verſarentur.

2. ALTERAM ad publicam Pacem viam Proceres illos beatos iſtam putâſſe, ſi regionibus quibuſdam eiuſdem regni aut ditionis, aut olim ſocijs Vrbibus ac Gẽtibus, adhùc Romanè Catholicis permittant ſui dominatores, hortatu Pontificis Maximi, conuẽtus liberos

inter

inter se habere, & tractare de pace cum auersis Regionibus vel vrbibus, sed & solicitare.

Putare eos, hoc multis modis profuturum.

*j. PRIMVM: sic honori Regum ipsorum ac Principum consultum iri, sc. ne ipsi quasi victi à subditis pacem poscere, ac turpiter mendicare videantur, vndè ad iniustiora petenda fieri possint animosiores, & velut iniqui mercatores, aduenis nimium empturientibus.

*ij. DEINDE, à socijs iampridem populis faciliùs socios conciliatum iri, vel solâ communis Patriæ bellis fessæ commemoratione, & commiseratione, vel veteris amicitiæ, hospitij, & commerciorum refricatione.

i *Admonitu recreatur amor.*

i Ouid lib. de remed.

*iij. SED, ET FIDEM dictis, pactis, promissisque & suorum, & æqualium, vtrimque maiorem inuicem habitum iri.

*iv. DENIQVE, forsitan communis Patriæ lachrymas miseraturos Coriolanos, & filios illos communis matris, quam tamdiu vtique impugnarunt, ad fratrum suorum præsentiam, armis mòx depositis, ad oscula mutua rituros, Iosephi imitatione iam regnatis in Aegypto.

Forsitan Sabinas illic aliquas repentè nascituras, & medias inter viros hinc illinc inter Soceros Patresque, pacem insperatam daturas.

3. DE

Digitized by Google

* 3. De Tertia autem Pacis viâ, ita quempiam ipsorum dubitanter dixisse, Quid si exteros seu Reges, seu Principes, seu Respublicas, vt Gallum, vt Anglum, vt Leodiensem, vt Germanum &c. vel moneat, vel precetur Pontifex Maxim. vel etiam Imperator ipse, vt suos subditos reuocent omnes, tam ex harum, quam aliarum partium exercitibus aut regionibus, & ex suis nullos deinceps neque hic neque illic sinant militare? Tùm scilicet subtractis externis viribus, quasi lignis è foco flagrantiore, necessariò vtrimque languidius fore incendium. c Luc. 14.

Subtrahe ligna foco, si vis extinguere flammam.

Lingua tertia, & potentia tertia multos cõmoueri, & animari.

*Sane periculosum esse conscientijs exterorum, externis bellis misceri, cùm sæpè non satis tutum sit militare etiam in domestico.

Quorundam enim libertatem à seruitute, vt ipsi dicũt, aliquorũ nimia, non posse à quoquam ita defendi, aut discerni, vt non vna cum hoste Catholica religio obprimatur, quorundam contra religioni faueri vix posse, sine ciuilis libertatis alterius partis oppressione.

Itaque spectare tantùm, & pro vtrisque orare, tutissimum.

Plerosque bellantium ferè prætextum, & velamen habere militiæ libertatem, re autem vera

vera obprimere Religionem.

Pleroſque verò etiàm, etſi ſe iactant *gladium portare ad vindictam malefactorum, laudem verò honorum*; & bella gerere Religioni; tamen à multis credi, aduerſariorum libertati aut opibus inſidiari, & tàm *ſua* (aut fortè multò magis) *quærere, quàm quæ Ieſu Chriſti.*

Altera panem, altera lapidem quoſdam gerere.

Itaque vix poſſe vna caſtra ab exteris ſic adiuuari, vt ſi hàc in promouenda Religione adpareat magnum meritum; iſthàc non videatur quoque in opprimenda ciuili libertate aliquod peccatum: ſed nec altera quoque, vt non vergat in Religionis magnum aliquod detrimentum, ciuilis libertatis præſidium. *Anguſtiæ eſſe vndiq;.*

* DEINDE cùm Politica Libertas vitioſè contra legitimum Principem à ſubditis adpetitur (vt vt Religio non periclitetur) tunc externum Principem iuxta legem naturæ non facere, quum ſubditos contra Principem ſuum iuuat, vt qui contra ſe ſuos nolit ab alio ſic in ſimili perduellione adiutari.

* PRÆTEREA, illum externum adiutorem ſic animos ſuis facere, & contra ſe reddere audaciores, ſpe ſcilicet ſimilium auxiliorū externorum, in pari rebellione.

Vulgò ſciri, Aduocato cuipiam ſic illuſum à Ruſtico, vti Aduocatus ipſe Ruſticum antè docuerat creditori legitimo illudere, per dolum malum & blæſitatem ſimulatam.

RVR-

Digitized by Google

*RVRSVS, Auxiliarem illum in posterũ sibi ac suis, ab alterutris partibus (quisquis victor sit futurus) accersere ac creare bellum, seriùs aut citiùs, vt vindicetur allatum hosti, ad ruinam alterarum partium, auxilium.

Vt *malum consilium* sæpè *consultori pessimum*, sic & malum iniquumque auxilium aliquandò ipsis auxiliaribus.

*DENIQVE, si Prouincias suas & regna, inutilibus terræ ponderibus, & mundi purgamentis, suppetitijs aliò emittendis volunt quidam exonerari; vel, bellis foris & alieno sumptu gerẽdis, suos artem militarem perdiscere; esse bella & castra Hungarica aduersus Mahumetanos, in quæ tam gloriosè, quàm quæstuosè, & nullo aliorum incommodo; magno autem Religionis Christianæ, ac publicæ omnium libertatis, & priuatæ tàm vincentium, quàm victorum, salutis commodo, noxij isti velut aquæductus deriuentur.

Illic esse, vbi honestius vtiliusq; aluũ quæuis Respub. exoneret.

Illic esse sanctius gymnasium, & belli velut Academiam.

Quorsùm enim externo Principi, suos & nummos & viros (ac fortè animam suam) perdere, & paruulis suis aut suorum liberis ante tempus creare bellum, & quasi inuitare & accersere, auxilia & viros submittendo, in externo regno & aliena causa militando, per quos Turcis obpositos vtilius, glorioſiùs, & Regio nomini conuenientius, amplificare

 possit

Digitized by Google

possit Christi regnum & suum?

Meliùs exteros quoscunque rebus suis, salutique suæ ac suorum consulturos, si intercessores Pacis Vicinorum esse conarentur, vt fortè possent, vel suadendo, vel minando, vel deprecando sic vtrimque : POSTVLATE AEQVA ET FERTE, aut æqua nolentes, & iniqua volentes, socijs armis compellemus.

k *Virg.* 10. *Æneid.*

k *Quæ contra vetitum discordia? quis metus aut hos,*
Aut hos arma sequi, ferrumq; lacessere suasit?

l *Idē l.* 11.

l *Bellum importunum, ciues, cum gente Deorum,*
Inuictisq; viris geritis; quos nulla fatigant
Prælia, nec victi possunt absistere ferro.
——— potuit quæ plurima virtus
Esse; fuit: toto certatum est corpore regni.
Lumina tot cecidisse Ducū, totūq; videmus
Consedisse Orbem luctu.
——— sat funera fusi
Vidimus, ingenteis & desolauimus agros.
Scilicet, & Turno contingat regia coniux,
Nos animæ viles, inhumata infletaq; turba
Sternamur campis?
Cedat ius proprium Regi, Patriæq; remittat.

Et Reges, & Populi, *postulant æqua, & ferāt.* Neutris nec omnia, nec nihil licere.

*4. INDVTIAS etiàm putasse certam ad Pacem viam.

Vt enim Natura ab vno extremorum ad alterum non procedit, nisi per medium, sic nec à Bello

Bello ferè homines mox ad Pacem, nisi per Indutias, ferri.

Non nisi per ver ab Hyeme ad AEstatem, nec ab Aestate ad Hyemem, nisi per Autumnum processum esse.

Spatio enim illo Indutiarum Regum cum Regibus, iram vtrimq; deferuescere, rationem redire, pœnitere verberum & verborũ, vltrò citroq; illatorum, acceptorum.

Vulnera interim ducere cicatricem, doloré abire, qui solet ad vindictam armare.

Non frustrà virum quemdam sanè magnũ iussisse, ab ira, ad iræ opera, ab Affectu ad Effectum, indutias vel Alphabeti tantùm pronũtiandi interponi.

Et sapientissimè fecisse *m* Theodosium Imperatorem, qui admonente, vel potius iniungente Ambrosio feralia Iudicum decreta de nece aut proscriptione, ante dies indè triginta exequi vetuit, vt locus esset & Misericordiæ, & Pœnitentiæ.

m Hist. Eccles. li. 5. c. 18. Et hist. Trip. l. 9. c. 30.

Et prudenter, quisquis ab irato Alexandro, ad Alexandrum pacatum olim prouocauit.

Pacatos enim animos longè aliter de ijsdem, quàm iratos ac turbatos, iudicare.

In belli, & ictuum, & vulnerũ vtrimq; continuatione non posse iram deferuere, & vllã de Pace haberi sanctam aut salutarẽ cogitationẽ.

Vt coniuges continuò delitigantes, tùm demùm cùm tantisper cessarunt verba & verbera, ad primam pacem redeunt, non verò inter verberũ & verborũ sonitus & dolores; sic nec

Digitized by Google

Regibus ac Populis, inter prælia & vulnera perpetua, pacem redire vnquàm posse, sed *nec legem ipsam inter continuos armorum & tubarum sonos, posse audiri*, vt quondam n Marius aiebat.

n Plut. in vita Marij.

Indutiarum tempore, hospitalitatem renouari, veteres amicitias refricari; inimiciores promissis donisque conciliari: causas, quæ fuerint aut sint, bellandi vtrimque placidè adferri, refutari, excusationes tranquillè audiri; querimonias, & petitiones satisfactionum ponderari, &c. fieri quoque sensum armorum desuetudinem, & quoddam belli fastidium, per illam sequestræ & temporariæ pacis degustationem, sic vt ægrè ad arma posteà redeatur.

o Mitua. o *Mollibus adsuetus loricam ferre recusat.*

Sed & consilia interim noua sub nasci. *Animum enim sedendo & quiescendo fieri sapientem*; & Spiritum sanctum de cœlo lapsum ad Apostolos sedentes.

p Isa. p *Spiritum Dei non requiescere, nisi super humilem & quietum.*

Euentus quoque interim varios, vel huius vel illius fato suo morientis, res mutare in melius.

Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.

Si non per Indutias omninò restinguitur aut sistitur bellum, saltem egregiè sufflaminari.

q D. Aug. in Matthæi 11. q *Quare inter nos litigamus? An vt medicum vocan-*

Digitized by Google

vocantem: non audiamus? O infelix infirmitas! Ad se vocat medicus, & litibus occupatur ægrotus.

Nuper in Gallia quadrimestres Indutias, rem Henrico IV. illi Magno restituisse.

Tempore Pij II. aliàs AEneæ Syluij, etsi non possent cuncta pacari, qui sanioris tùm erant consilij, ne tàm pium negotium producendi in Turcas, continuandique Christiani belli impediretur, censuisse omninò ita faciendum, foreque adeò in rem Christianorum, vt vel quinquennales indicerentur indutiæ, inter passim dissidentes.

Sic Græcis Romanisq; sæpè necesse fuisse, antè bellum ad exire, quàm omnia domi & in ipsa Vrbe pacare possent.

Vel Rusticos homines atque idiotas abundè nôsse, in Indutijs multum ad pacem momenti esse, qui lites de terminis valdè vtrimq; intricatas, & nimis sumptuosas, pendere interdũ ad annos 30. aut 40. sub Iudice æstu permittunt.

Romanumque illum Iudicem, Syracusanis præpositum, vim Indutiarum intellexisse, qui mulierem accusatam & confessam, quòd maritum occidisset, qui tamen priùs illi priuignum è medio per auaritiam sustulisset (considerata difficultate ritè de re tàm perplexa censendi, cùm hinc nefas mulieris immane, illinc eiusdem de sublato illi filio iustissimus dolor videretur) post centum annos redire ac sistere se Iudicio iussit, sperans scilicet, illo velut in-

Digitized by Google

dutiarum tempore, res mutatum iri, vel sui ex officio discessione, vel sua, vel partium morte.

A canibus ipsis, de prædâ ossis vnius pinguiusculi rixantibus, & in conspectum fortè lupum mòx mòx vnanimiter irruentibus, & deindè de strati lupi spolijs concorditer triũphantibus, indutias regiam esse ad pacem viam licere discere, si cui libeat.

r *Maximum* scilicet *remedium esse iræ moram.*
s *Diem adimere ægritudinem hominibus.*

r Senec. l. 2. de Ira.
s Terent. in Heaut. act. 3. scen. 1.

Vt *nox dat consilium* hesternis perplexitatibus, sic & illas bellorum ferias paci prouidere.

t *Diem diei eructare verbum.*

t Psal.

u [S]igerdem quendam, indutijs centum annorum cum Romanis factis, Imperium Theodosio iuniori conseruasse.

u Niceph. li. 14. c. 1.

x Romulum Veientibus in centum annos; Seruium Tullum 40. Indutias dedisse.

x Liuius li. 1. & 2. decad. 1.

Tarquinienses à Decio Cons. in 40. annos Indutias petîsse.

y Lęlij quoque Zecchij consilium, à beatis illis Proceribus valdè prolixeque probatum fuisse, quo ait: *Princeps cum vicinis bellum assiduò non exerceat, cùm sic fiant in armis potentes, quod Turcarum Princeps obseruat, qui cum Christianis Principibus assiduum bellum non exercet, sed modò hos, modò illos adgreditur, minusque id cum subditis naturalibus agendum est, cùm ità eorum animi acerbi fiant, etsi initiò eorum motus vindictæ causa factus erat, temporis tractu in apertam defectionem declinat.*

y Lal. Zecchius Poli. li. 1. c. 6. nu. 8. reg. 12.

5. PRO-

Digitized by Google

*5. PROBARE QVOQVE Proceres, ſi Pontifex Maximus, Catholicorum Principũ bella parantium, aut iàm gerentium cauſas vel mòx ad ſe vocet coram ſe diſceptandas; vel Regibus aliquot alijs, vel Sapientibus, Incorruptis, Politiciſque Iudicibus aut Arbitris cognoſcendam atque finiendam committat, adlegans vel partium alteram, vel vicinos miſeræ Cremonæ incendio propiores, id per Legatos ſubplicaſſe, veritos incendij fauillas: vel Pontificij paternique muneris rationem ità flagitare.

Pontificem certè Romanũ ſemper dicere poſſe; *Clamor filiorum Iſrael venit ad me.* Exod. 3.

Et: *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Gen. 4.

D. Petrum de murmure Græcorũ, aduerſus Hebræos, ob contemtas in miniſterio quotidiano viduas ſuas mòx cognouiſſe, ac Paci publicæ vtriuſq; Gentis, in vnum iàm ouile coaleſcentis, prouidiſſe. Act.

Vrbanũ II. in Franciâ olim fugere coactum, cũ etiã Gallos bellis ardere cõperiſſet, ibi Deũ & Virginem pro Pace oraſſe, decretoq; Claromonti Concilio, ſtatuiſſe, dici quotidiè horas, quas vocãt Virginis Mariæ: & Sabbatis fieri officium ſolemne de ea; aliudq; Cõcilium in vrbe Turonenſi celebraſſe, ibiq; pacem inter Gallos compoſuiſſe.

Paulũ III. cũ inter Cęſarẽ & Francũ pacem quoq; Niceę cõponere voluiſſet, nec potuiſſet, ſaltẽ Indutias procuraſſe.

Digitized by Google

Heli summum Sacerdotem, Se, Filios, Posteros, Sacerdotium, & ipsam Arcam quoque Fœderis perdidisse, quòd de filiorum suorum in popellum insolentiâ seriò non cognouisset. 1. Reg.

D. 2 Bernardi vetus istud oraculũ ad Eugenium Papam, dignum videri notis aureis: *Interest tua, dare operam quam possis, vt increduli conuertantur ad Fidem; Conuersi non auertantur: Auersi reuertantur, ...Subuersores inuictis rationibus conuincantur, vt vel emendentur ipsi, si fieri potest, vel si non, perdant auctoritatem facultatemq; alios subuertendi.* 2 D. Bern. l. 3. de cõsid. c. 2. ad Eugenium Papam.

Rebeccam matris Ecclesiæ imaginem, colluctantibus in vtero suo geminis, solicitam valdè fuisse, *vt in bonum monstra conuerterentur.* Genes.

Probi patris esse adcurare, & facere *habitare filios vnius moris in domo.* Psal.

Neptuni, imò Christi, & Vicarij eius esse, cùm AEolus aliquis turbulentus vnà cum ventis suis, carceribus licentiùs egressis, *hoc mare magnum & spatiosum, manibus armisque turbant, ventis & mari,* adeoque AEolo ipsi *imperare,* & *facere tranquillitatem* quàm possit maximam, ac tùm maximè, cùm clamant vectores atque ingeminant; *Domine, salua nos perimus.*

a *Vtinam cùm obpressus clamat, sentiat obpressor, & non superbiat impius, vnde incenditur pauper! Quid tàm decorum, vt ad inuocationem tui nominis obpressi effugiant, versuti non refugiant?* a D. Bern. l. 3. de cõsid. c. 3.

Iouis

Digitized by Google

Iouis Opt. Max. esse, [b] Phaetontem (etsi suum ex Phœbo nepotem) cùm Mare, cùm Terram, cùm Aerem, Cœlumque ipsum importuno incendio miscet, atque in chaos antiquum omnia confundit, aurigandi imperitiâ, fulminare; id est, omnia petere, dicere, & facere, [c] *quæ ad pacem sunt Ieruſalem.*

[b] *Ouid. l. Metam.*

[c] *Psal.*

Eiusdem, Bellerophontem fœlici rerum successu elatiorem, inque cœlum cum Pegaso alato suo equo iam euolare conantem, immisso œstro, si non equo excutere, saltem detrahere.

Pontifices læsis debere Miserationem; lædentibus Indignationem, vtrisque Reconciliationis studium.

Neque nouum esse, vt rixantes ac depræliantes populi aliundè arbitros habeant, aut quærant.

Florentinos sic olim loquutos in epist. data Florentiæ 18. Maij 1390. ad Ioannem Galeatium Mediolanensium Ducem bellum sibi indicentem, ***Nos contra huiusmodi calumnias, obtulimus & Rempub. nostram, iuxta fœderum leges, & fœderatorum, paratos iudicium subire.***

Nec insolens, etiàm Regum causſas, Iudicibus aliquandò superioribus, aliquandò paribus, aliquando etiam inferioribus submitti.

Iobum (Chrysostomi sensu Regem) gloriari, quòd voluerit cum seruis suis iudicio experiri, etsi olim seruis de domino queri omninò non licebat;

Digitized by Google

d Senec. Trag. Et d*rara* fit *in dominos iusta licentia.*

Duces Græcorum olim quoque, d Aiacis
e Ouid. li. 13. Met. cum Vlysse, de armis Achillis, contentionem, simul in oculis exercitus definiuisse.

Nestorem senem trecentennem inter Reges ipsos Achillem & Agamemnonem, arbitrũ apud Homerum fuisse.

Quid? Ipsum Theopompum Spartanorum Regem, primum & quidem sponte instituisse, vt Ephori Lacedæmone crearentur, ità quidé regiæ potestati obpositi, quemadmodum Romæ Cõsulari imperio Tribuni plebis, qui imperijs Regum nimiùm austeris coercendis intenti adcurrerent, ne populus tyrannide potẽtiorum vexarentur.

Quempiam vnum Regé Galliæ, vel Satraparum suorum iudicium non declinasse, cotũque sententiæ etiàm damnatum stetisse, obediuisse, bonis cessisse.

f Scriptores Gall. Cùm enim f Eudo quidam, Dux & ipse Burgundiæ, vnicam filiam *Idam* seu Idellam homine educasset, eaque vni ex Franciæ filijs nupsisset, qui & hinc Burgundiæ Dux & dictus est, & aliquot annos fuit, tandemque cõtigisset, vt quidam, tenuis fortunæ hospes quidem, sed nobilis, generum Eudonis in ius vocaret coram ipso Galliæ Rege, adfirmans Burgundiæ Ducatum suum esse, vt qui lineâ (vt loquuntur) mascula, ex antiquis Burgundiæ Ducibus se diceret oriundum; mirabile dictu; Regem iure agi voluisse, causam totã

Filij

Filij sui de Ducatu tanto, iudicio Pariùm Franciæ subieciſſe, cauſaque cadentem Franciæ filium, Ducatum hoſpiti ceſsiſſe, non *ius in armis* poſuiſſe, exemplo ſanè digno Rege Chriſtianiſsimo.

Quidni? Nàm etſi Reges ſæpè ſupra leges (ſuas maximè, & parium) non eſſe tamen illos ſupra leges Rationis, & Naturæ, Luminis, Numinis, & Eccleſiæ, vt nec [g] Equites Romanos olim, nec ipſum Senatum ſupra leges Cenſuræ.

g *Feneſtella lib. de Magiſtr. Rom. c. 17.*

Regem quemlibet tangi ac feriri illo tonitru Filij Dei; *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.*

Quid? Nec Pontifices ipſos Summos (etſi *prima ſedes à nemine iudicatur*) aliorum aliquandò iudicia in negotijs ſecularibus eſſe dedignatos.

Leonem IV. ſic aliquando ad Ludouicum Auguſtum ſcripſiſſe; [h] *Nos, ſi aliquid incompetenter egimus, & in ſubditis iuſtæ legis tramitem non ſeruamus, veſtro ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare iudicio.*

h *Æneas Sylnius lib. 1. epp. ep. 25.*

Petrum, primum à Chriſto Pontificem, ipſius Pauli, ſui in Apoſtolatu ſocij, & nihilominùs, ratione ſupremi Pontificatus, ſubditi ſui, reprehenſionem liberam non ſubterfugiſſe. *Galat.*

Imò (ſi iam beatis ex fabulis aliquid promere licet, vt certè licet: *fabula* enim [i] Ambroſio teſte, *etſi vim veritatis non habeat, tamen rationem habet, vt iuxta eam poſsit*

i *D. Amb. l. 3. Offic.*

Digitized by Google

posit veritas manifestari) etiàm Numina ipsa, aliquando hominum ac Mortalium iudicia subijsse, & quidem officio vilisimorum.

Celebrem enim illàm trium Dearum Iunonis, Veneris, & Palladis de famoso illo Discordiæ pomo aureo, & pulchritudine apprima, contentionem, ad Paridem merum hominem, & quidem in agro Pastorem ignotæ adhuc stirpis (*k* expositus enim aliquandò fuerat) ab Ioue ipso remissam, atque ab ipso audaciter finitam fuisse, etsi non satis iustè fortassis, Deabus tamen vilis Pastorculi arbitrio sic obedientibus, vt aliò non appellarent, quasi is Cæsar aliquis aut Iupiter fuisset, qui eas in ordinem cogere potuisset, etsi semper deindè mansit Iunonis & Palladis *l alta mente repostum*

k Natalis Comes l. 6 cap. 3. Mythol.

l Virgil. l. 1. Æneid.

Iudicium Paridis, spretaq; iniuria formæ.

Nascituros verò hos fructus, ex ista causarum ac litium bellicarum, à Principibus ac Populis, ad Pontificem auocatione.

* j. PRIMVM; quòd pars iudicata æquior, tùm tandem ab alijs omnibus Regibus, Principibus, & Rebuspub. libentiùs, iustiùs, & tutiore conscientia poterit adiuuari.

* ij. QVOD contrà, pars iniquior poterit facilè dentiùs ad iusta compelli, si sententiæ stare noluerit.

* iij. QVOD partis iniquæ auxiliares citiùs ab ea aut sponte, deficiente, aut auocabuntur, visa causæ, iniquitate manifesta.

Tùm quinquaginta Reges simul, velut cóiura-

Digitized by Google

iuratos (vti olim Aulide, pro Helena) in vnum Paridem, id est, damnatam partem dimicaturos, nulla religione, nullo neque scrupuli, neque calumniæ publicæ metu retardatos: *m quæ sibi quisq; timebat,*

Vnius m miseri exitium conuersa viderent.*

Tùm cæteras Respublicas omnes (vt olim reliquę tribus Israelis, in vnam Beniaminæam, ad fœdæ libidinis vltionem) alacriùs audentiusque in peruicacem partem vnà militaturas, &, cùm *ne Hercules quidem contra duos* stare posset, coacturas iusta postulare, & ferre.

m *Virg. 2. Æneid.*

* al. *tulerunt.*

*iiij. DENIQVE; Ità fore bella tãtò breuiora, & compendiosiora, aut arma citò deponentibus iniquis, metu tantæ multitudinis congrediẽtis, aut citò victis obpressisq; multitudine. Ilicet numero obruerentur, aut terrerentur.

Sed esse n *hic animis opus Aenea, hic pectore forti:* & rogandas, orandas, imò & aliquandò subcogendas partes, sese vt submittant tali instituto, ad maius totius Imperij Politici, & maximè Christianismi, bellis semper domesticis & fraternis ruentis, bonum.

n *Virgi. 6. Æneid.*

Fore hoc offertorium & honorarium verè regium, & Christo gratius futurum, Ecclesiæque vtilius, quàm *Aurum, Thus, & Myrrham* illam trium Regum Orientis.

Matth.

Fore hoc dignè *captiuare omnem intellectum in obsequium Christi;* & o *mittere coronas suas ante thronum Dei.*

Regum

Digitized by Google

Regum Obedientiam eiusmodi meliorem fore, quam victimas.

Hâc vna re, istos Fidei defensores, istos Christianissimos; istos Catholicos esse, tàm Reges, quàm populos, clarissimè appariturum, imò homines esse, quorum scilicet proprium est ratione disceptare, iudicioque experiri, non armis, quod magis est belluarum.

pSenec. in Herc. furente Act. 5

pSuccumbe virtus: perfer imperium Patris:
Eat ad labores hic quoque Herculeos labor.

Causas submissionis huius has esse.

*j. NVNQVAM scilicet autores fautoresue vnarum partium adeò malos esse, vt soli per omnia in Deum hominesq; delinquant, nec alterarum partium incentores aut patronos tàm solidè bonos, vt nihil iura diuina humanaque causa eadem violet. q Iliacos intra muros peccatur, & extra.

qHieron.

*ij. VTRASQVE partes vulgò in causa sua oculis caligare, lippire, ac ferè cæcutire.

Stultus, & improbus hic amor est, dignusque notari,
Cùm tua perui de as (id est, parum videns) oculis mala lippus inunctis,
Contrà in amicorum vitijs tàm cernere acutum,
Quàm Aquila, aut serpens Epidaurius.

Horat. li. 1 ser. Sat. 3. Vide Nam mill. Misc. li. 3. & Victor. Variar. lect. li. 20. c. 15.

Itaque neutros in sua causa iudicare rectè posse, sed aliquem tertium necessariò audiri oportere.

*iij. QVOD ab inermi, & à Patre Christiano-

Digitized by Google

ſtianorum omnium ſperandæ ſententiæ mitiſsimæ,& oleum vino adiunctum, Samaritani & capitis ſui exemplo. Gueuarræ enim Hiſpani ſenſo, *ſ Ignoſcere multis propter vnum eſſe Chriſtiani; ſed plures caſtigare, ob delictum vnius, Tyrannicam ſæuitiam eſſe.* ſ R. P. P. *Ant. Gueuarra epiſt. pag.* 207.

Nec oportere durum aut parcum eſſe ſeruum, cuius ſit mitiſsimus & liberaliſſimus Dominus.

Auguſtum laudari, qui Alexandrinis, propter neſcio quem Arrium amicum ſuum, pepercerit.

Laudibus *t* Alexãdri Magni accenſeri, quòd Thebis ſuperatis, non ſolùm Pindari Poëtæ ædibus parci præconis voce edixerit, ſed eius vnius amore conſanguineis quoque eius vniuerſis. t *Sabel. l. 7*

u Theodoſio contrà paſsim vitio dari, imò & idcircò Mediolani templi ingreſſum ab Diuo Ambroſio eſſe prohibitũ (& quidem æternâ Ambroſij laude, etiàm Theodoſio ipſo Conſtantinopoli apud Epiſcopum ſuum Necarium laudatore) quòd paucorum inſolentiam ſiuè in quoſdam magiſtratus, ſiue in quendam egregium ſuum militem, ſiue in ſtatuas, ſeptem milium Theſſalonicenſium cædem imperata vindicarit, inſtar Palladis claſsẽ magnam Græcorum perdentis. u *Theod. Eccl. hiſt. li. 5. c. 17.*

x Vnius ob noxam, & Furias Aiacis Oilei. x *Virgil. 1. Æneid.*

Debere præmia benefactorum ad multos, vindictas malefactorum ad paucos peruenire.

Vnus

y Virg. y *Vnum pro multis detur caput*, & si fieri posſit, caput allij potiùs, quam hominis.

Expedit vnum hominem mori pro populo, potiùs quam populum pro homine. Pontifices ità potius decreturos, quàm Reges.

*6. ROGANDOS Paſtores populorum, murorumque Reges, à Regibus morum & Sacrorum, dignentur vt biuio rem experiri; ſed alternatim, ſi primam ingreſſis viam parum ſucceſſent.

Biuium autem illud { *1. Humanitatem;* / *2. Molem belli maiorem.* } Proceres appellaſſe.

Pſalmiſtam enim non fruſtrà ſic verba complicaſſe; *Inquire pacem, & perſequere eam*, ſenſo z Chryſoſtomi. z D. Chryſoſt. ho. 9. in Matth.

Non enim tàm facile eſſe quàm quidam putant, in medijs bellis pacem inuenire, & bellum ſemel admiſſum extrudere.

Difficilius, & *agrius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes* eiuſmodi.

Pacem ſemel aut fugatam, aut fugitiuam, abditum quiddam deinceps & valdè abſconditum eſſe, ſemperque fugere longiùs. Pſalmiſtam ergò duplicatione illa doceas, omnes aditus, & adyta omnia rimanda, omnem mouendam lapidem, *totam domum accenſa lucerna euerrendam*, & quaſi euertendam ſurſum deorſùm, vt *drachma* illa *perdita* reperiatur; id eſt, Pacem abſentem tota, quàm latè patet, vrbe & orbe perſequendam: imò ad Inferos penè vſque, cum a Cerere, deſcendendum, vt Proſerpina illa, à Plutone Infero illo Gentium Deo, a Ouid. li. Metam. &re-

Luc. 15.

& rerum humanarum turbine, rapta, dùm floribus legendis, in campis Ennęis, puellariter occupatur, repetatur, & ad Superos aliquandò reducatur.

Nonnunquàm enim procul visam & apparentem, & quasi iàm manu præhęsam, iterùm fugere quàm longissimè, minima de causa, vti & illi[b] Proserpinæ, non inuentæ sed repertæ, iamque ad Superos redire paratę, (Ioue ità indulgente, si tamen nihil illa cibi adhùc apud Inferos gustasset) aliquot mali punici grana ab ipsa iàm gustata, spem reditus omnem intercluserunt. [b] *Ouid. ibid.*

Exigua remora & ferè pluma, Pacis classem, reducem esse prohiberi.

[c] *Inflammata semel nescit mitescere virtus.* [c] *Claud. lib. 2. in Ruff.*

Hac ergò non successit inquirenti Pacem? alia via esse aggrediendum, & persequendum.

*j. HVMANITATIS ergò viam primùm ingrediendam Proceres illos beatos suasisse.

Vt
1. *Pacem offerendo;*
2. *Conuentus liberos populorum sociorum aliquoties permittendo,*
3. *Orbilios, & plagosos Gentiũ Magistros, & Amani similes Satrapas exautorando;*
4. *Iustitiam distributiuam studiosius colendo*
5. *Patria suisq; legibus & iuribus cuncta agendo;*
6. *Populis nonnunquàm adparendo, atque adpropiando;*

Digitized by Google

7. *Amnistiam minimè fictam decernendo;*
8. *Iubilæi cuiusdam Politici nouam quamdam formam à Pontifice Romano lapsis impetrando;*
9. *Metum omnè fraudis in fœderibus, quà quà remouendo.*

*j. PACEM OFFERENDO commotis, testandoque Cœlum ac Terram, Bellum à Pastore non quæri; non ouium tantùm lanam; non lanienam; non pascuam alijs prębendam; non nouam regnãdi formam &c. & hoc ipsum publicis diplomatis, & pręconũ etiàm ex theatro vocibus declarando, idq; æquis vtrimque conditionibus, quas Pontifex Summus, & proprius cuiusq; populi Dominus, & vicini aliquot aut Reges, aut Principes, aut Reipublicę neutrę (vt vocãt) in societatẽ cẽsuræ huius aduocatæ, seu certè Legati ab ipsis autorati, constituerint, manu propria subsignarint, & obsĩb⁹ datis aut constitutis certas fecerint: deniq; cõiurarint, tàm in huius quàm illius partis vltimum excidium, socialiter in posterum militare, quæcũque tãdem æquas illas conditiones nõ acceperit, aut acceptas deinceps violarit.

Tantarum minarum metum, à tàm multis, tamque potentibus, & tàm coniuratis, vtrisque fore pro lupato.

Sic Israelitas, lege Mosaica, pacem primò offerre hostibus, diuinitùs iussos esse.

Sic Romanos solitos [d] *pacisq; imponere leges,*
Parcere subiectis, & debellare superbos.
Rex velit honesta, nemo non eadem volet.

[d] *Virgi. 6. Æneid.*

Nec

c *Vbi non est Pudor,*
Nec cura Iuris, Sanctitas, Pietas, Fides;
Instabile regnum est.

c *Senec. in Thyeste Act. 2.*

Sic Tamerlanem quondam, ternis triũ dierum *f* tẽtorijs tricoloribus docuisse faciendũ, cùm expanderet primo die *Candidam*, totius Clementiæ signũ; altero álterum *Purpureum*, rigoris alicuius iudicium; tertio tertium *Nigrum* certum omnis inclementiæ argumentum.

f *Petr. Crinitus.*

Adiecisse aliquos ex Proceribus, S. Ludouicum imprimis, nisi memoria fallit, certum esse; Etsi Dominis rerum obediendum sit, non tamen ad omnes conditiones, & iussa, subditos teneri; neque licere Regibus, imperare populis quidquid libet, non magis quàm Maritis, sub quorum tamen potestate, Deo ità decernente, & Naturæ ordine, sunt vxores (alioquin enim, nunquàm diuortium licitè petituras, quę malè à viris haberẽtur, nec Episcopos vllum probaturos, aut permissuros.)

Constare etiàm omnibus; populos initiò omnes, & nũc quoq; nonnullos, certis inuicem pactis, Dominos nouos admittere atq; inaugurare, & aliquas iàm olim posuisse omnibus futuris Dominis, Dominos recepisse, metas imperandi, vt ne semper, quà iuuat, Reges eant.

Commerciũ quoddã esse talis Dominij, talis seruitutis; hoc hinc, hoc illinc deberi.

His seruatis, hæc seruanda; violatis excusabilius violari.

Amitti ius fruendi beneficio, officij adnexi negligentia.

Digitized by Google

Non rehostienti, iure negari pactum, hostimentum.

Frangenti fidem, fides frangatur eidem.

Firmitatem huius, esse alterius confirmationem, & contrà.

Do, ego vxor vsum corporis mei, *vt des* tu quoque Marite mihi vsum tui.

Ante pedes Petri & Apostolorum omnia poni, vt omnia omnibus sint communia, aut alioqui recipienda.

*2. CONVENTVS liberos populorum sociorum aliquoties & aliquamdiù permittendo.

Id est, vt populis adhuc Potestati legitimæ obedientibus, & populis iàm commotis, & iure vel iniuria ab Potestate auersis, liceat publicè priuatimque inter se literas, consilia, colloquia liberè miscere, habere quædam quasi comitia popularia, nullo suspecto Præside, idq; aliquoties & aliquamdiu, in quibus gaudeant qui auersi & commoti sunt, se veteris amicitiæ ac libertatis antiquæ aliquam adhùc faciem intueri, in quibus ipsi cum socijs, olim populis de Pace mutua, & cum Dominis rerum commodè ineunda, (absentibus tantisper Dominis, eorumque Officialibus & Legatis) agant confidenter, & sine impudentia quasi impudenter; vt scilicet familiari illa & pia impudẽtia, melius morbis suis, & periculoso suo pudori consulant.

g *Esse enim confusionem adducentem peccatum, & esse confusionem adducentem gloriam & gratiã.* g Eccl. 4.

Alio-

Alioqui, non permissis illis iratorum iàm, pacatorumque adhùc populorum eiusdem ditionis conuentibus liberis, semper pudendam hinc Dominis, & hinc pudendam quoque subditis iàm commotis, Pacis primam mentionẽ, humanitùs videri; cùm, si Dominus prior de Pace ad subditos commotos legationem mittat, à subditis victus aut hùc coact° videri possit; & contrà, si populus commotus & auersus, prior pacem apertè poscat, quum adhùc benè armatus est, itidem victum se ipso facto obliquè quasi fateatur, ac tùnc demum nonnullũ periculum foreparti victoriam fassæ, minùs æqua à victoribus falso licèt, tamen creditis habitisque, (quos insolentes facere solet natura victoriæ) impetrandi.

Vulgò credi *Victoris esse, leges dare; victi, pati.*

h Pyrrhos victores sic loqui; *Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit.* h *Senec. in Troade Act. 2.*

Quodcunq; libuit, facere Victori licet.

Itaque, dùm vtrimq; studiosissimè cauetur pudori illi & periculo, pacem nullam vnquã renasci posse, quæ renasci tamen possit, populis socijs populariter & inter Medicos inuerecundè pacẽ petentibus alteris ab alteris, alteris suadentibus, alteris non auersantibus & concedentibus, quâ deindè cum vtrisque Reges quoque ipsi, & legitima potestas, nullo suo pudore, fruerentur.

Ità, à Sabinis Romanisque ad pugnam paratis, Sabinas forsitan tùnc aliquas exurgentes,

Digitized by Google

his filias, his nurus, his vxores, pacem vel impetraturas, vel blandè imperaturas.

Veterum amicorum, post longam absentiam, coitiones, occursusque plurimũ posse.

i *Genes.* i Vel iratissimũ Esau, in fratris sui Iacob timidè occurrentis oscula mòx ruisse.

Iosephum, ne lachrymas quidẽ tenere potuisse, receptis in Aegypto fratribus, qui se vẽdiderant.

Coriolanũ, quamlibet Senatui Patrięq; iratum atque inexorabilem, vel k Volumniæ matris lachrymas miseratũ, ac preces eius pro salute patriæ audisse.

k *Plut. to.* 1 *Vit. in Coriolano*

Impetratis eiusmodi Cõuentibus, ciues socios Pacis colloquia cum ciuibus socijs cõgruentius misturos, morbũ, alterius alterũ, ac venę pulsum diligentius faciliusq; exploraturos, & cõsilia vtrimq; plura ad pacem daturos (vbi enim plura capita, ibidem necessariò plures esse sententias) & vtriq; parti salubriora proposituros, cũ genios vtriusque partis vtraq; pars sciat, & alteri, alteros, intus & in cute iampridẽ norint; sed & vtrosque citiùs libentiusq; aliquid cessuros & facturos, vel [illegible]filio, vel miseratione sociorum veterum, quã ipsorum Dominorum aut Legatorum, aliquandò externi Cœli, Soli, ac Salis, quorum consilia, imò præsentia sola, sæpè illis non minùs suspecta, quã toxica.

Valere plurimùm vbiq; venerabile & sanctũ illud nomen Amicitiæ, Societatis, Necessitudinis, Cõsuetudinis, Paritatis, & Synceritatis, in Medicinis, in Cõmercijs, in Cõsilijs, in Pactis & Conuentis; denique in Sacramentis tã Chri-

stianis

ſtianis, quã militaribus, tàm domi quã belli.

His dari ſpontè vel nõ inuitè, quod nulla alioqui ratio impetret. His, *cõtra Spẽ inſpẽ credi.*

Credi magis talium vnico verbo, quàm sãctiſſimis nonnullorum ſacramentis.

Aues, ab auibus ſui generis (etſi quandoque *illicibus*, ſed innocẽter illicibus, quià neſcienter) nihil ſibi timere.

Oues cum ouibus ſecuras omnia agere, errare, ſtare, in vmbra dormire, balare, palare; ſi aũt vel ſola lupi cauda, vel pellis, vel caput ſupra prẽſepe ſuſpenditur, mòx (vt creditũ eſt à [l]nõnullis) ipſas triſtari, Panicè terreri, nec omninò præ nimio metu cibũ capere; quin etiàm tympana ex lupinis pellibus facta, facere vt tympana è pelle agni confecta obmuteſcãt, ſed & fides ex inteſtinis illius feræ, cũ ouillis fidibus in lyra extenſas, nullam edere conſonantiam.

[l] *Vide Godefridum Snoll. in manuali rerũ admirabilium c.* 37.

[m] *Quidquid id eſt, timeri* ſemper à Troianis *Danaos*, etiàm *dona ferentes*, Vlyſſem maximè illum varium, & fallacem.

[m] *Virgi. 2 Æneid.*

Hoc adſpectu, olim Athenis conſiliũ bonũ, à non bono viro aut ſuſpecto datũ, per Ariſtidẽ cognomento iuſtum populoq; amiciſſimum propoſitam fuiſſe, vt illud populus faciliùs ſequeretur, Ariſtidis probitate ac fide ineſcatus.

Quãtò libentius amicę manus pocula ab ægris hauriũtur, quã ignotę. & quæ iam læſit!

Herculem Deianiræ chariſſimę ſuę vxoris manu miſsã veſtẽ, vt vt Neſſi Cẽtauri ſanguine imbutã, fidenter tamẽ accepturũ, & corpus induturum, quâ tamen ſit moriturus, quam manu Centauri manu oblatam nolit vel

Digitized by Google

oIudic. intueri. [o Samsonem Dalilæ suæ omnia communicaturum, Philisthæos cælaturum.

Qui semel est lapsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra subesse putat.

Ibi salutem esse, vbi multa consilia, & quidem ab Amicis, aut à Socijs.

Necessitatem incredibilem publicæ huius Pacis facere, vt nunquàm nimis multi consultores sint futuri, cùm liceat, omnibus auditis, respuere deteriora, probare aç sequi meliora ac saniora.

Etiàm *olitorem* sæpè esse *opportuna loquutum.*

Demosthenem illum populi robur, sed cultellarij tantùm filium, & aquæ potorem, consilijs suis fuisse Græciæ maximè salutarem.

Laocoontis sacrificuli Troiani, imò Virgũculæ Sacrificulæ Cassandræ consilia, Troiam seruatura fuisse, si ea Troiani audissent.

pVirgil. 2. Æneid. p*Si fata Deum, si mens non læua fuisset,*
Impulerant ferro Argolicas fœdare latebras,
Troiaq; nunc stares, Priamiq; arx alta maneres.

qPlutarc. to. 1. vit. in Coriolano. q Valeriæ Sororis Poplicolæ consilio, Volumniam Romain castra exisse, placasse Coriolanum, vrbem seruasse.

Vt sit Regibus plus Potestatis, Populis tamen subditisque simul omnibus plus esse Sapientiæ, vt vt populum vulgò vocent *multorũ capitum belluam.*

Reges ipsos, aliquandò in populo, aut ex medio populo fuisse, nihilque aliud in throno

Digitized by Google

fio esse quàm populi particulas selectas, coronatas, altiusq; prouectas.

In medio quoque populi semper esse, qui cessante regia stirpe Reges esse possint, vt nunc quoque populares posse rectè consulere appareat.

Alioqui audituros Reges à Rege optimo: [1]*Ergò vos estis soli homines, & vobiscum morietur Sapientia.* [1]Iob.12.

Quin contrà persepè *vocem populi* esse *vocem Dei*.

Potestatem quidem & ius regendi, in vnũ caput populos transtulisse, sed sensum suum omnem, atque iudicium vniuersorum, in vnũ Principis caput, nec cogere aut transfundere voluisse, nec potuisse, vt aliquid supereset, quo se Principes toto populo inferiores fateri cogerentur, nempe Prudentia.

Etiàm hoc vetus Episcopi cuiusdam consilium ab Heroibus illis propositum fuisse; [2]*Memini, cùm aliàs simul essemus, deq; hac ipsa rescire remus sermonem, quonam pacto pacari Ecclesia quiret, dixisse te: Ego si Cæsaris essem loco, vellem cunctos rogare Principes, vnum vt in locum mitterent Oratores, qui plenam potestatem haberent res Ecclesia componendi. Nàm quod Principes facerẽt, & populus sequeretur & Clerus.* [2]Pius 2. ep. 55. li. 1. ad Sylueſtrũ Episcũ Chimẽſẽ.

Et illud: *Viam sopiendi hoc malum* (schisma fortè illius temporis) *Carolus Rex Franciæ, nisi fallor, & tutam & breuem ostendit, vt fiat Conuẽtus Principum vel eorum Oratorum in communi aliquo loco, ibiq; recipiatur conclusio per omnes.* [1]Idem l. 1. ep. 54. Videsis epã 18. li. 1.

Digitized by Google

In re satis simili similibus ferè remedijs vtẽdum, beatos illos medicos censuisse.

*3. ORBILIOS, & plagosos Gentium Magistros, & Amani similes Satrapas exautorando, tùm propter ingenium ipsorum immite, ferox, superbum, intractabile, & penè incurabiliter Gentibus nonnullis odiosum, & odij pernicialis (quali in Carthaginẽ Cato, Annibal in Romam flagrauere) suspectũ pudicitiæ insidio sum, fastuosũ incessu, oculis, verbis, gestis, pietatis inter patres ac populos diminutiuũ, opificiorũ ac frequẽtię in vrbib. dissipatiuũ; tũ propter ipsum (vt ità dicatur) minerual ipsorũ ęrario publico graue, & (quod caput rei est) propter pericula prauæ imitationis pessimorũ exẽplorũ Libidinis, Fastus, æternorũ Odiorũ, Artium malarum in consectandis libidinibus, in Vindicandis Iniurijs, & Conscientias vtrimq; liberandas quotidiè peccandi seminario, per mutuum videre & videri obiectorũ exosorũ.

Propter quos tempestas sæpè vel *oritur*, vel augetur, eos non quidem mittendos in mare, sed ex naui amandandos.

Paulum ita de quibusdam Ecclesię turbinibus vouisse; *Vtinã abscindãtur, qui vos cõturbãt!* Medicos quoq; opinari, percussoris præsentiam vę solã nocere vulneratis, & ex mortuis quoque ipsis sanguinem iàm stantem elicere.

Ne cadauera quidem Eteoclis & Polynicis fratrum, mutuis vulneribus occisorũ, in rogũ vnum impositа, simul vri potuisse, flammã se diuisisse, cineres corporaq; discessisse, tãquam

u *Vide Statium, in Thebaide*

odium

odiũ illud, quod maximè capitale, inter viuos interceſſerat, ne morte quidẽ finiri potuerit.

Vt odia & amores propriorum obiectorũ abſentia refrigeſcunt, ità admonitu & præſẽtiâ eorundem recreari, ac recrudeſcere.

*NONNVLLIS videri, Infernum perennem eſſe, perpetuò plagoſum rectorem intueri, & durum inſeſſorem pati.

Et; x *Inuitum qui ſeruat, idem facere occidenti.*

Suſpectam & grauem ægris eſſe, medici ſemper ſecantis, ſemper vrentis, & temerè duri præſentiam, qui vinum penè ſemper, oleum rariſſimè vulneribus admouet; & priuignis odioſum vitricij conſpectum, qui pro panibus lapides, pro ouis aliquandò dediſſe, aut adhùc dare velle putetur Scorpiones.

Odioſas etiàm priuignis illas, quæ

y *impia terribiles miſcent aconita nouercæ.* y *Ouid. l. 8 Metam.*

Optari vulgò ab omnibus medicos, at non ex matrice Medeæ ortos, & crudeles.

Deſiderari Medicos, qui Citò, qui Tutè, qui Iucundè, qui Blandè ægros ſuos curẽt; reformidari, qui ingrediẽtibus cauſticis corroſiuiſque ſemper vtantur.

Stibio ſeu antimonio curari omnes perhorreſcere.

Cantaridum ſuccis, & eiuſmodi torminibus neminem curari velle.

*DEINDE; metu nimio, & terribilium adprehenſione, quam vocãt, ſæpè caſus atque errata contingere, peccariq́ue à timidis ipſis, aliàs non peccaturis.

*ME-

Digitized by Google

*METV nimio ingenia alioqui præclara hebetari, memoriam infelicitari, seruilitatem inolescere.

*METV nimio rectè facta, laude ac merito carere.

*METV nimio exciri ingenia, vt in vetitis nitantur.

2 Terent. in Adelphis Act. 1. Scen. 1.

*2 MALO *coactus qui suum officium facit,*
Dùm id rescitum iri credit, tantisper cauet:
Si sperat clàm, rursum ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adiungas, ex animo facit,
Studet par referre, præsens absensque idem erit.
Hoc patrium est, potiùs consuefacere filium
Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu.

Duro Magistro semper præsente, semper imminente, semperque minante gymnaste, nunquàm cuideri, quid liber & sibi relictus puer possit.

*PRAETEREA; Liberis sub tutoribus atque actoribus degendi tempus certum à Patribus præfinitum esse solere, vt ex ephebis aliquandò & minoritate excedant.

Certo quoque tempore homines in gymnasijs magistros creari ac liberos.

Vel seruos aliquandò donari libertate, cũ liberaliter seruierunt.

a Terent. in Andria Act. 1. Scen. 1.

a *Feci è seruo vt esses libertus mihi,*
Propterea quòd seruiebas liberaliter, ait Simo Terentianus, ad seruum suum Sosiam.

Imò à cicuratis brutis tandem aliquandò capistra ac lupata remoueri.

Itaque

Itaque & bonis ciuibus & doctis parere vel tandem aliquandò ius regendi sui faciendum, credendamque ipsi sui ipsius custodiam.

*ITEM; accusationem quãdam obliquam infelicis ingenij esse, ac naturæ indisciplinabilis, quempiam semper sub gymnastis & quasi equisonibus relinqui, nunquàm ipsum gymnastem euadere, nunquàm vel sui tantùm ipsius rectorem esse, aut custodem.

*S[illegible]ICIONEM quoq; indè multis creari p[illegible]patré ne ad frugem quidem reuersis & emendatis ritè liberis vllam habere fidem. *Prou. Hisp. Auuyn, ruyn y medio.

Et Amicum sponte reconciliatum, cùm reniti, ac forsàn vincere, aut saltem vim vi repellere adhùc posset, non pluris facere, quàm necessitate deditum, aut victum.

*SEMINARIVM hoc esse * cautionis vtrimque nimiæ, & studij contra vulpem vulpinandi.

*OBICEM id ponere, ne Gentes cæteræ, alioqui forsàn ad mentem paratæ, reuertantur, metu similis disciplinæ, & nunquàm terminandæ seruitutis.

Prout vos cum ciuibus vestris egisse viderint, ità efficietis, vt quisque cum cæteris etiàm actũ iri expectet, sensio Demosthenis. *Demosth. ep. 1. ad S. P. Q. Athenensem.*

*SERVOS fugitiuos etiàm leonibus málle subijci, conuiuere, conuesci, *b* Androdi instar, quàm redire ad Dominos nimis implacabiles. b *A. Gell. li 5. noct. Att. c. 14. 2. Reg. 2.*

*PERICVLOSAM *esse desperationem.* c *D. Bern. ser. 37. in cant.*

A Bernardo cautissimè dictum, *c Omnis peccatis*

Digitized by Google

cati consummationem parit desperatio.

Phraoti Indorum Regi olim parùm consultũ visum fuisse, vel Leonẽ, qui cicurãdus esset, immitiùs haberi, aut fustuario excipi, quòd cedendo fieret ferocior ac sęuior; neq; tamẽ demulceri oportere aut molliùs haberi, quòd superbior ac fidẽtior euaderet, sed ad cicurationem faciliorem nunc blanditijs, nunc minis alternatim aut mixtim esse vtendum.

dPluta. in Apopht. Rom.

dFabio illi Cunctatori Rom. visum incongruum, equos canesq; venaticos familiaritate, cibo mãsuefacere magis quã catenis, flagellis, aut virgationibus, non verò etiàm conari homines beneficijs & humanitate demulcere: imò immitiùs ab hominibus in homines, quàm ab hortulanis in arbores agi, qui poma & oleastros non excidunt stirpitùs, sed incisione mitissima, & clauolæ insitione faciunt dulciores.

Mitionem mitia suadentem valdè placere; cùm ait:

eTerẽt. in Adelph. Act. 1. Scen. 1.

cPudore & liberalitate liberos
Retinere satius esse credo, quàm metu.
Et errat longè, mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse aut stabilius
Vi quòd fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.

fApud Xenophontẽ.

Et fCyrũ Regem, qui moriturus Cambysem filium sic rectè monuerit; *Non est aureum hoc sceptrum, quod regnum seruat; sed amici multi sceptrum sunt Regibus verissimum, maximeq; securum: & non parantur fidi amici vi, sed potius beneficentia.*

gMetui,

g*Metui, in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum.*

h*Qui vult amari, languida regnet manu:*
Inuisa, nunquàm imperia retinuit diu.

Vt nõ omnia vina omnium corporibus, sic non omnia ingenia omnium moribus esse adtemperata.

Ingenia quorundã vti & vina feruidiora esse: & vt vina parùm diluta & feruidiora, ardores noxios excitant corporum, sic & ingenia eiusmodi, æstus animorum.

Quarundã gentiũ geniũ esse regiũ ac liberalẽ; duci velle, nõ trahi: quarundã aũt Tyrannicũ esse ac ferũ; nescire ducere, sed trahere: non adtẽdere, cũ Theophrastone an cũ Theopõporẽ habeãt, quorũ alter calcari, alter frẹno egeat.

In plurimis isthuc verum esse: i *peragit tranquilla potestas,*
Quod violenta nequit.

Vidisse hociàm olim Carolum V. illũ gloriosæ & æternæ memorię Imperatorem, quem aiunt aliquandò prædixisse, non aliter quam aliquorum fastu, meliorem suarum ditionum partẽ perituram, vt k Spartam auaritia.

Sed & prudẽntissimè ab Rege Hispanię l Philippo 3. cautũ, in pactis cõuentis Matrimonij inter Principẽ Hispp. Philippũ IV. & Elisabethã Frãcię filiã, vt illa vrbibus prouisionis suæ adsignare quidẽ possit Officiales Beneficiariosq; dũ tñ naturales, & indè ortos, Hispanię more.

Itidem Hispanos, gentẽ sane prudentẽ, sapiẽtissimè Carolum V. Imp. Regem suum, cùm

pacare

g *Cic. 1. Philippica.*

h *Senec. in Thebaide Act. 4.*

i *Claudi. in Cons. Manlij.*

k *Cic. lib. Off.*

l *Ex libello gallico articulorũ matrimonij ipsorũ, contracti 20. Augusti anno 1612. edito M.DC. XIV pa. 12.*

pacare turbatas sub Ioanne m Padilla Hispanias voluit, orasse, ne deinceps quisquam, nisi Hispanus, oppidis arcibusque in Hispania positis præficeretur: nec minùs sapienter iusteq; Carolum V. publicæ pacis auiditate, exorari se siuisse, & libenter ipsis concessisse, euocatis etiàm indè Flandris suis.

m P. Ant. Guevarra epp. aureis in fine.

Scilicet n *præferre Patriam liberis Regem decet.*

n Senec. in Troade Act. 2.

Facturos itaque etiàm sapienter, qui in similibus similiter egerint, neque Dracones, qui (vt aiebat Demades) leges sanguine scribant, pro Solonibus, qui suas atramento, & naturæ incolarum probè cognitæ conuenienter tradant, maximo Regum Populique detrimento, subditis præfecerint.

Bucephalum phaleratum, sessores omnes, præter suum Alexandrum, solitum dedignari.

Equos Solis Phœbum solum sessorem admittere; nec cuiuis

Illos o *Quadrupedes, animosos ignibus illis*
Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant,
In promtu regere esse.

o Ouid. li. 2. Metam.

Rectorem ipsum Phœbum hùc delectum, hic à condito orbe exercitatissimum licèt, tamen ità ad Phaetontem filium, huius regiminis ambitiosum, de se confiteri: p *Vix me patiuntur, vbi acres Incaluere animi, ceruixq; repugnat habenis.*

p Idem ibid.

Phaetontem ad eorum regimen, per indulgen-

Digitized by Google

dulgentiam Patris, admissum, toto orbe incendium damnosissimũ excitasse, Cœlo ac Cœlitibus ipsis periculum creasse, sibi verò deniq; exitium peperisse; equos, currumque dissipatos, ægrè à suo legitimo auriga colligi agique deinceps potuisse.

qConsternuntur equi, & saltu in cõtraria facto,
Colla iugo eripiunt, abruptaq; lora relinquunt. qIdem ibid.
Illic fræna iacent, illic temone reuulsus
Axis, in hac radij fractorum parte rotarum,
Sparsaq; sunt latè laceri vestigia currus.

Benè cum Rectoribus indigenis, electis, charis, peritis, tractabilis ingenij agi, cùm ipsos populi eiusdem cœli ac soli patiuntur.

Graue satis naturâ suâ esse, parere etiàm indigenæ, domestico, carissimo, etiàm parentibus nonnunquàm.

Naturalem obediendi difficultatem aduolatilis, peregrini, & odiosi rectoris accessione grauandam non esse, potiùs vndequaque subleuandam.

Sumtu minore reperire posse domi magistros vernaculos, fidissimos, mitiores, & rebus ipsis, ac rerum Dominis, commodiores.

Non Athenis tantùm, sed in Scythia quoque nasci Anacharsides, neque omnes in Bœotia sues esse; & t à Nazareth posse aliquid boni esse. t Ioan. 1.

Atque, vt domi Anacharsides natura non genuisset, certè, arte & exercitatione multa,

Digitized by Google

multos Anacharsides euasisse, etiàm ipsis Socratibus Atticis Socratiores, & Solonibus (vt sibi videntur) ipsissimis Soloniores.

Multis variam Patriæ suę fortunam ambidextris esse, dedisse, & cuiuis palæstræ aptauisse, nosse iàm pænè omnes benè parere atque imperare.

Multis inesse Sapientiam sine famâ, multis famam Sapientiæ sine sapientiâ.

[f] *Martial. lib. 6. Erasm. in Chiliadibus.*

[f] *Aurem Batauam*, quæ olim Martiali pro agresti & eleganti dicebatur, iàm poni posse pro vrbanissima, elegantissima, & prouidentissima, si tantùm etiàm *nouissima sua prouideret*, & in sinum Ecclesiæ Matris rediret gens illa.

*4. IVSTITIAM DISTRIBVTIVAM magis ac magis colendo, id est, cuique Genti imperia atque honores saltem domesticos liberaliùs communicando, & quasi ex gremio Capituli cuiusque, cuique suum Præfectum tribuendo, vbi tamen merita, & cætera hùc necessaria, paria accesserint.

[t] *Æneas Syluius li. 1. epp. ep. 101.*

Pium II. piè respondisse quærenti *qui modi Concordiæ sint?* [t] *Nempè facilius beneficio vincitur inimicus. Non iniuriæ adijcienda sunt iniurijs, neque mala malis cumulanda, sed purganda primò contumacia est, pòst damna resarcienda, exindè beneficia subiungenda. Qui hoc egerit, is iàm non inimicum sibi placabit solùm, sed reconciliabit, incorporabitq; sibi, & socium ex aduersario, amicum ex inimico, fratrem ex hoste faciet. In hac igitur re videndum est, vndè prior iniuria properet, & illine*

Digitized by Google

illinc medela veniat, vndè vulnus illatum est. Non enim qui fert, sed qui infert iniuriam emendare debet.

Iberos, hominum genus valdè sagax, vidisse necessariò colendam Iustitiam illam distribu tiuam ad Regni sui pacem, qui malè commotis partibus sub Carolo V. [u]Flandris, qui tùm ibi rerum potiebantur, exclusis, locorum & arciũ in tota Hispaniâ gubernacula, dignitates, imperia, & Regni Curiæque officia solis deinceps Hispanis communicanda sanxerunt, annuente id quoque perlibẽter Carolo ipso æternæ memoriæ Quinto, magno posteris in re simili exemplo.

u *Videepp. aurcum F. Antonij Gueuarræ Hispani Minoritæ scriptoris rerũ eius tẽporis, & Pacificatoris.*

Sub Carolo Magno olim, & ipsos Gallos acerbissimè tulisse, quòd Germani maximè in Curia, Regnoq; Gallorum, autoritate valerẽt. Hincq; famosissimam illam Ganelonis natam esse factionẽ, Imperatori ipsi periculosissimã, cuius nihilominùs æquitatem ostendere, ac tueri multis pòst sæculis voluerit Franciscus quidam [x]Billonius homo Gallus, Francisco I. Gallorum Regi olim à secretis, vir doctissimus æquè, ac vt tunc temporis, eloquentissimus.

x *Fracist. Billonius in Calami Apologia gallica c. 13. pa. 184. edit mea.*

Catilinam Romæ ferè similis rei prætextu tumultuatum, & suos his verbis vrsisse: [y]*Postquàm Respub. in paucorum potentium ius atque ditionem concessit, semper illis Reges, Tetrarchæ vectigales esse: populi & nationes stipendia pendere; cæteri omnes strenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus fuimus, sine gratia, sine autoritate, ijs obnoxij, quib⁹, si Respub. valeret, formidini essemus*

y *Sallustius in Catilinæ Cõiuratione.*

semus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, dignitas apud illos sunt, aut vbi illi volunt. Nobis reliquere pericula, repulsas, iudicia, egestatem. Quæ quousq; tandem patiemini, ô fortissimi viri? Nonne emori per virtutem præstat, quàm vitam miseram atque inhonestam, vbi alienæ superbiæ ludibrio fueritis, per dedecus amittere? Et alia eius generis ibi multa.

Deuter. Diuinitùs olim ità sancitum esse: *Cùm ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitaueris q; in illa, & dixeris, Constituam super me Regem, sicut habent nationes; eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerat, de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non est frater tuus.*

Quid, quòd maritos quoq; filiabus Israelis non aliundè dari voluit Deus, quàm ex suâ ipsarum tribu ac familia, quasi dominos ex eâdem natione?

Act. Apost. Celebre illud Græcorum iàm recentissimè Christianorum murmur, *de contemptis viduis suis in ministerio quotidiano*, posse vno sensu intelligi, natum fuisse, quòd in quotidianum ministerium non admitterentur, quasi ad aliquam honoris communionem: quodq; sic parum fidei ipsis Hebræi habere viderentur.

Impatienter ferre omnes populos, se semper infantes haberi, & sui regendi impotentes: nolle etiàm nullius fidei videri, & quibus rerum, etiàm suarum ac domesticarum summa ac tutela tutò credi non æquè possit, ac

ac alienigenis & peregrini sermonis hominibus.

Vnumquemque philautia aliquâ laborare, de seque dicere; [z] *Nō sum adeò informis, nuper me in litore vidi*: ac opinari, habere se quoq; *faciem dignam imperio*, saltem suo, ac domestico. [z] *Virg. bucol.*

Et nos tela, Pater, ferrūq; haud debile dextrâ
Spargimus, & nostro sequitur de vulnere sanguis.

Quemque de sua gente dicere, aut opinari: [a] *Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni:* [a] *Virgil. 1. Æneid.*

Nec tàm auersus equos Tyria Sol iungit ab vrbe.

Credere omnes satis esse, sub tutoribus & actoribus fuisse, ad virilem & iustam ætatem vsque.

*PERICVLVM esse, ne ijquibus vicarium saltem imperium in suâ regione nimis negatur aut inuidetur; aliquando armis socijs & auxiliarijs summum adipiscantur; &, qui dimidium dumtaxat petunt, si repulsam patiantur, totum auferant.

Iulium Cæsarem in simili propè causâ iàm olim dixisse, *Arma tenenti*

Omnia dat, qui iusta negat, atque ità tandem contigisse, finemque tùm Consulatui datum, initium Imperio.

Ambitiosos solere dicere; *Ius in armis*. In ore aut acie gladij sui coronas esse & imperia.

Et: *Lex Iustitia fortitudo nostra.*

Digitized by Google

Cani latranti ac fortè morsuro, os in os nō nunquàm ingerendum: & Tygridi raptis catulis furenti ac persequenti, proijciendum esse vel vnum ex catulis suis, vt retardetur, atque euitetur.

Nimis rigidum videri posse, qui ad tantillam, & satis iustam suorum petitionem deinceps obsurdescat, & tantillam ipsis gloriā tantillo imperij domestici saltem participio obstinatiùs inuideat, maximè rebus vt nunc stantibus, Turcis ità vrgētibus, & tanta spe Pacis à re tantula.

b Cic. li. 1. Off. *Intercedere sæpè inter amicissimos quosque, propter honores atque ambitum, magnas atque irreconciliabiles contentiones*, quæ in fumos abirent, si tantillum hinc aut hinc cederetur.

Romanos, quia C. Cæsarem petentem dūtaxat, in creandis Consulibus sui haberi rationem, non exaudierunt, Rempub. perdidisse, & quem parem noluerant, priorem ferre coactos fuisse.

Per vim enim Cæsarem imperasse, & Dictaturam perpetuam vsurpasse, qui socius Consulis ad annum dumtaxat non est admissus. Totum vsurpasse, cui societate & participatione honoris alioqui fuisset abundè satisfactum.

Romam pacem libertatemq; omnem perdidisse, dùm digno Cæsari petitam negauit dignitatem.

Iàm olim Romę initia doloris, & excidij iā tùnc

Digitized by Google

tunc metus, à negato Consulatu petenti c Coriolano meritissimo.

c *Plutarc. to. 1. vit. in Coriolano.*

Quàm vellet rusticus cum milite dissimulasse raptum vnius atq; alterius vlnę panni sui! nõ enim quidquid reliquum pacificè tenebat, etiâm amissurum fuisse.

*5. PATRIAE LEGIBVS & iuribus plus paulò tribuendo.

Illa enim aliquibus locis nimis contemni, & pro arbitrio Rempu. geri, & per SIC VOLO, SIC IVBEO nimis multa à nonnullis fieri, omnes omninò populos paulò liberiores ferre molestissimè; videri sic opprimi libertatem.

Plerosque dicere: Non se victos esse vt debeant, quidquid victori libeat, pati: non monachos esse, vt nullum habeant neque velle neque nolle, totique omninò & ipsi & res ipsorũ, vt monachi ex Abbate suo, ità ex Principe pendeant.

Sed vel Abbatum quoque præcepta ad Regulam oportere conformari, nihilque contra Regulam niti, si cum pace Monachis est imperaturus; multò igitur magis Principes legibus patriæ conuenienter, regere liberos populos oportere.

Certis legibus & compactis Reges admitti, atque inaugurari, certisque finibus obedientiam subditorum contineri.

Digitized by Google

Alioqui malè à priscis Tyrannum vllum constitui aut credi, sed omnes æquè Reges esse tàm malos quàm bonos, si Regibus quidquid libet, licet, & si Leges Regum Reges omninò non sunt.

Ab incerto, magno tamen viro olim scriptum in hanc sententiam: [d]*Existimo nemini esse dubium, in hac saltem opinione, & versantur, & hoc conqueruntur omnes, graue durumque N. N. imperium, priuilegiorum contemtum &c. belli huius & armorum causſam dedisse.*

[d] *Oratio quadã pacif. Latina ad Ordines Belgij, quæ incerto autore & loco prodiit anno 1579 Non. Oct.*

Et ab Historico non ignobili, sed partium aduersarum, [e]*Bella hæc, nostra ætate, sub N. Rege, Religione & Libertate Patriæ permixta sunt, partibus vtrimque zelum suæ religionis prætendentibus, aliis Libertati Patriæ extinguendæ, aliis conseruandæ studentibus.*

[e] *Meteranus in præfat. histor. Belgij.*

Libertatem aliquam subditorum cuiuscunque Regni aut Reip. vel indè esse posse quòd quædam sibi ipsi reseruarint, concessa Dominis in se ac sua cætero imperio, vel quòd quædam illis Reges ipsi aut Principes gratis olim indulserint, quæ abutendo non amiserint, vel quòd quædam ipsi apud Reges suos, obsequij & fidei magnitudine, olim meruerint, vel quòd plurima opportunè Principibus data vel commodata, velut emerint.

Vndè, vndè tandem illa populorum libertas sit, & ea quæ priuilegia Regnorum, aut Regionum vocant, nunquàm tamen violari, à qui-

Digitized by Google

quibus non opportuit, sine ingenti publicæ pacis incommodo.

Vnde bella, vndè lites? nonne ex concupiscentijs? Iac.

†*Frigida illa verba, Meum & Tuum, innumera gignere bella, & quidquid malorum est, in vitam inuehere.* †D. Chrys.

Interest mea, interest tua, bellorum omnium esse Oceanum.

Præoccupari ergò omnia bella, vel quædam iàm nata pacari posse, si sua cuique Conscientia dicat cum effectu, *Redde quod debes*, tu subdite, *Cæsari quæ sunt Cæsaris* obedientiam & tributa, tu Cæsar mitem iuxta pacta, conuenta, pacesque perfectas, leges, & priuilegia, gubernationem.

Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium.

Vxori vir debitum reddat, & amorem & honorem, vt libenter *sub lege viri* vxor viuat, neque malè habita vmquàm vel cogitet de diuortio, *vel intùs minùs amet*, quem foris vtcumque sustinet, vel certè æternum amet.

Populum facilè *cum peruerso peruerti, & cum bono bonum esse.* Psal.

Habere ferè hunc versum pro Oraculo, *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.*

Simpliciter omnes credere, Principes suos ac Reges, iuramentis suis solennibus cùm inaugurantur, de legibus, priuilegijs Patriæ, & compactis seruandis, teneri æquè cum popu-

Digitized by Google

lis, cùm se Regibus parituros iureiurando promittunt, ac forsitan eò magis, quòd Reges magis deceat *fides* & illa *dictorum factorumque constantia*, quàm homines gregarios.

Arbitrari omnes, Regibus semper in ore esse debere priscum istud : *Verbum meum, Rex meus*, ne verba Regum, & verba puellarum, pari pretio, non tamen pari damno, habeantur.

Et illud: *Verba ligant homines; taurorum cornua funes.*

g Alla van leyes de quieren Reyes, *mit prou. Hispanicum*

gNon illud quorundam prouerbium; *Eò leges ire, quò volunt Reges.*

Populum quemcunque, nil nisi populum esse, mercatorio genio omnia cum omnibus agere: pacto aureum dare pro gladio, si aureum dederit, gladium dare; non danti, non dare, aut datum repetere, &, si possit, extorquere.

Ingenijs popularibus semper in ore aut in pectore illud esse: Do, VT DES.

Ius suum gladij certis conditionibus in Reges suos transtulisse, quas si non seruent; nihil translatum credere, aut transtatum iure ad se redire.

Populo non videri Reges Deo Opt. Max. sublimiores, aut liberiores.

Didicisse autem ex Theólogis & Concionatoribus Catholicis, Deum ipsum Opt. Max. ex pacto, ad quædam homini necessariò præstanda obligari, adeò, vt si (quod fieri non

Digitized by Google

non poteſt) non præſtet, dicat; *Venite, arguite me*; &, *cauſa mea, quaſi impij, iudicetur.* Iſai.

Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum: Pſal.

Multò igitur magis homines Paſtores populorum teneri, ſubditis præſtare quod publicè iureiurando promiſerunt.

Illum arbitrari, Hoſtire ſe cum Regibus ſuis, cùm eos coronat, inaugurat, Reges ſalutat, tantum pro tanto dare, libertatem, pro ſeruitute; filiationem, pro paternitate; tributum, pro tutela ac paterna ſolicitudine, id eſt, ſeruire velle, ſed ei, qui ſe Reipub. bono totum impenderit; amare filialiter, ſed eum, qui patrem geſſerit; aurum & vectigalia numerare, ſed ei qui ſe murum pro Repub. obpoſuerit; in his plene; in iſtis, ſic aut ſic, ex compacto; dare, vt detur; non dare, ſi non detur.

Contemnere, & abominari, illam ſubtilitatem; *Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.*

Videri, vt, ſi Helenam ſuam Menelao iuſto marito, Paris raptor reddidiſſet, etiàm vnà pacem altiſſimam Græcis Troianiſque, reſtituiſſet: ſic Regnis altam pacem ſeruari ſemper poſſe, aut reddi turbatis, ſi ſubditis ſuæ leges, ſua iura, priuilegia, & compacta ſeruentur.

Sanitatem corporibus perpetuam tamdiù conſtare, aut redire, quamdiu non vltrà, quàm

Digitized by Google

quàm cuique constituit natura, frigus aut calor &c. in ipsis dominantur: Pacem igitur quoque toto regno tamdiu fore, quam diu mentiri, nec subditi, nec rerum domini, plus volent, aut facient quàm iure possint, & vtrique meminerint: huius aurei verbi: *Minimum decet liberè, cui multum licet.*

h *Seneca in Troade Act. 2.*

quoq; Fortuna altius
Euexit, ac leuauit humanas opes,
Hoc se magis subprimere felicem decet.

Oraculum vetus esse, quouis Delphico, aut Dodonæo verius: i *Opus Iustitiæ pax.*

i *Isai.*

Et; *Iustitia, & Pax osculatæ sunt*, id est, comites indiuiduæ sunt. Simùl & æquis passibus sorores illæ duæ gradiuntur, simul adeunt, abeuntque.

Psal.

k *Vtq; comes, radios per solis, euntibus vmbra est,*
Cùm latet hic pressus nubibus, illa fugit:
l *Sic Pax Iustitiæ sequitur vestigia passim,*
Iustitiaq; simul diffugiente, fugit.

k *Quid. li. 3. Trist. eleg. 8.*

l *Philipp. Bosquier.*

Vt amisit humani generis hostis, multum iuris antiqui sui in homines omnes, *dùm* vnius Christi m *nil sibi debentis persequitur libertatem*; sic sæpè Pastoribus populorum multum legitimæ Iurisdictionis suæ decedit, aut detrahitur, dùm volunt aut quibus, aut quo modo iura & pacta non sinunt, imperare. Alibi auctum alibi diminutum.

m *D. Leo.*

Vt Oceano extrauaganti, & se alicubi dilatanti, accidit alibi decrescere, sic vsurpatoribus iuris alieni, iura quoque sua, à quibus non opor-

Digitized by Google

oporteat, vsurpari.

Pulcrè dictum, *Velis, quod possis.*

Et: *Quod sis, esse velis, nihilq; malis.*

Vt *qui, quæ vult, dicit, quæ non vult, audiet:* sic eum sæpè, qui, quæ vult, facit, cogi, quæ non vult, pati.

Velint isti *iusta*, *nemo* in istis *non eadem velet.*

Vocem illam fuisse olim ad Pacem optimam, *Postulate æqua, & ferte.*

Reges non esse pares Deo, qui *omnia quæcunque voluit, fecit in Cœlo & in Terra*, cuius opera atque imperia omnia hoc ipso sunt iusta, quòd voluit, quòd fecit ipse.

Neminem hominum neque veritatis, neque Iustitiæ summam regulam esse posse.

Benè omnia fecit, de Deo solo verè dici posse.

Omnipotentiam illam, id est, ius illud omnia audendi, faciendiue pro arbitrio, soli Deo tribuendam. Habere omnes omninò homines certas aliquas potentiæ ac licentiæ metas, leges scilicet Dei, Naturæ, Patriæ &c. vt mare quamlibet vastum terminos suos.

Dictum diuinitùs: [n] *Vsque hùc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* [n] Iob 38.

* 6. POPVLIS CONSPECTVM FRVITIONEMQVE Regum suorum aliquandò indulgendo, quasi solis alicuius post longas densasque tenebras.

So-

Eccl. 1. Solem non esse vni dumtaxat regioni illustrandæ natum; sed *gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem, lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.*

p Virg. Æneid. p *Vrgere Turni præsentiam.*

Multos esse vbique *ad oculum seruientes.*

Exod. Moyse olim 40. tantùm dies à populo suo absente, mòx ingentes Israelitarum, in radice montis, subortos tumultus, & enormes lapsus: ad Aaronem conclamâsse: *Fac nobis Deos, vt nos præcedant.*

Vt cùm *ortus est sol, bestiæ in cubilibus suis collocabuntur*; sic sæpè ad solam ac primam Principis legitimi præsentiã, homines tumultuosos conquiescere.

Vt *sol dissipat nubes*; sic seditiones irritas facere Dominorum præsentiam.

Psal. Vt Lunæ (mendici tamen sideris) quam Solis, quamlibet potentis largitoris, maior in hæc inferiora est potentia, tantùm quià vicinior: & Patrum in filios sæpè efficacius est imperium quàm ipsius Dei, propter ipsorum certam visilemque præsentiam, inuisilem autem Dei; ità Regum præsentium voculam, imò vel digiti vnius minantis motum, aut nutum leuem, acerrimis eorundem absentium tonitruis atq; fulminibus potentiorem esse, ac multò efficaciorem.

Quod Sol vno vix anno (secundum variationem humoris & caloris) id Lunam efficere vno mense, ità efficere quoq; Reges præsẽtes vno

Digitized by Google

vno nutu ac momento temporis, quod absētes & procul multis vix diplomatis.

Vt ferocissima quæq; animalia, visa hominis, antiqui sui ante peccatum Dominatoris, facie reuerēdâ, gradum mòx in syluis sistunt, & penè cicurantur, sic nescio quod diuini vultus lumen super Reges signatum facere, vt à subditis efferatis, quamprimum Reges suos ac Dominos vident, arma deponantur.

Amanem sceleratissimum eum esse oportere, qui etiàm præsente Assuero Rege, velit Reginam obprimere. *Esther.*

Id Carolum V. illum æternæ memoriæ Imperatorem vidisse, quum ex vltimis Hispaniarum finibus, per medias Gallias, Gandauum venit, res ibi turbatas pacaturus, ac sic solo vultu tempestatem serenauit.

Prouerbio verè iactari, *Barbam viri miracula operari.*

Magnam in vtramque partem vim esse præsentiæ, præsertim benè meritorum de Repub. atque eloquentiæ vocalis, quibus ferè valent Reges.

¶ Magno in populo si fortè coorta est *¶ Virgi. Æneid.*
Seditio, sæuitq; animis ignobile vulgus;
Iamque faces & saxa volant, furor, arma ministrat;
Tum pietate grauem ac meritis si fortè virum quem
Conspexere, silent, arrectisq; auribus adstant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Nep-

Neptunum non fruſtrà dici, mox vt adpa-
1. Aeneid. ruit, mare turbulentiſsimè placauiſſe, apud Virgilium.

Exod. Moyſe quoque ex monte deſcendente, mòx ſtultum populum nefarios ſuos ludos ludere.

Nec temerè vulgò dictum; *Oculus Domini impinguat equum.*

r Nec fruſtrà Penelopem ſic ad ſuum
2 Ouid. ep. 1. Heroidū Vlyſſem; *Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni.*

s Luc. 15. Paſtorem illum Euangelicum s *dimiſsis 99. ouibus in deſerto*, per abrupta montium veniſſe ad eam vnicam, quæ perierat, tamdiu perueſtigandam, dùm inueniret.

Et, cùm arrogans ille Gigantum populus, quaſi Deo ac cœlo bellum minitans, turrim illam Babel ædificare atque adtollere cœpiſſet,
t Genes. 10. t *deſcendiſſe Dominum Deum, vt videret ciuitatem & turrim, atque ità diuiſiſſe eos ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſaſſe* Gigantes *ædificare ciuitatem.*

Satis eſſe paruis morbis, ſi veniant pueri Medicorum, extremis ac penè deſperatis, opus Medicis ipſis & Magiſtris.

Cum concluſa eſſent omnia ſub peccato, *in terris* quoque *Deum viſum fuiſſe, & cum hominibus conuerſatum.*

u D. Aug. u *Magnum in Mundum veniſſe Medicum, quia magnus in mundo iacebat ægrotus.*

x Symbolū Nicænum x *Propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendiſſe de cœlis.*

Iouem

Digitized by Google

Iouem ipsum, audita Lycaonis feritate, humana facie personatum ad illum venisse, virsurum an sibi quoque hospiti necem moliretur, & digna castigatione multaturum. Ouid. li. Metam.

Saniorum & Seniorum iudicio, hoc vnicũ desperati penè morbi in nonnullis locis, creditum fuisse remedium.

Spectaturum fuisse cogniturumque per se Principem præsentem, non tàm AEthiopem esse, populum suum, quàm illi absenti, à maleuolis pingeretur. Visurum ipsum oculis suis templa augustissima, infinita; & subditorum religionem famà & opinione maiorem, & admirabilem obediendi promptitudinem, vno verbo, butyraceos planè & tractabiles animos, & lactea pectora & candida, quæ quouis carbone nigriora externo penicillo repræsentabantur.

Speratum, si silentium vel sola manu Pastor ipse præsens indiceret, vel os tantùm aperire coràm cœpisset dicens; *populе meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui?* & tympana, & cornua, & lituos, & tubas seditiosorum ilicò conticitura fuisse, & malè armatos, mòx *gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces fuisse cõflaturos.*

Creditum, dicturum vnumquemque fuisse; *Vndè hoc mihi, vt veniat Maiestas Domini mei ad me?*

Et: *Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.*

Digitized by Google

Et: *Omnia quæcunque dixerit Dominus, faciemus.*

A facie eius moueri *terram* in melius potuisse.

Psal. Regem quum *respicit terram, facere eā tremere,* insita quadam diuinitùs oculorum Maiestate.

Psal. *Sicut fluit cera à facie ignis, sic perire peccatores à facie Domini sui.*

Vt ante faciem Herculis mōstra; & nebulæ, ante oculos Solis, diffugiunt; sic, ante faciem sui Regis, monstra bellorum ciuilium, & seditionum popularium conticescere.

Non ità conspectu lupi vocem hominibus adimi, vt murmura populis, sui Pastoris adspectu.

Auditum sæpè Populos alicubi ità suspirasse, ac dixisse suo Principi absenti, quasi præsenti; *Vtinàm dirumperes cœlos,* & cœlo minantes mōtes perrumperes, & *descenderes in inferiores partes terræ,* instar Christi Regis Regum, in salutem populi sui!

Veni Auster, perfla hortum tuum!

Ostende tuis tamùm *faciem tuam! sonet vox tua in auribus nostris, & salui erimus!*

Vox enim tua tuis *dulcis, & facies tua decora.*

Diffusa est gratia in labijs tuis.

Putaturos fuisse tunc penè omnes, se *vultum tamquàm Angeli stantis inter ipsos intueri.*

Vultum sui Pastoris deprecaturos fuisse omnes diuites plebis.

Dicturos fuisse vno ore omnes: Quià *Cognoscis oues tuas; cognoscent & te tuæ.*

Quan-

Digitized by Google

Quandoquidem dignatus es dicere, *Ego veniam, & curabo eum*, & ipse venire; ecce *saliet sicut ceruus claudus* in occursum tui, parere paratus.

Piscatores ictos sapere oportere, & incommodorum præteriti temporis recordatione, futura anteuertere. Alterius dolore ac damno sapere.

Adesse suis, atque interesse nonnunquàm.

Artis ambitus aliquam partem esse, sed & artis amandi, cum ijs, à quibus amari velis, & quos quæras tibi adiungere vel Imperij, vel Matrimonij vinculo, quantum satis cõuersari.

z *Notitiam primosq; gradus vicinia fecit.* z *Ou. li. 3. Metam.*
Tempore creuit amor.

*7. AMNISTIAM ILLAM Græcorum, & erratorum omninò omnium veram ac certam decernendo, graues quoq; pœnas illis indicendo, qui lapsos æquè & non lapsos, odiosissimis lapsuum exprobrationibus solent lacessere.

Aduigilandum esse, vt ne lapsi quidem ipsi improperium vllum erroris sui, per contemptum, vel iram audiant, post publicatam illam Amnistiam.

Nullâ re magis iras magnanimorum recrudescere, quàm improperijs atq; exprobrationibus veterũ seu verorum, seu creditorum delictorum.

a Olai Magni senso; *Illa ad pacem via, vetera obliterare, & cauere à nouis.*

Sed & b Demosthenis: *Iàm nec illud vobis*, inquit, *ignorandum est, ea quæ per se ad statum rerũ*

a *Olaus Magnus l. 16. Hist. Septẽt. c. 33.*
b *Demõst. Ep. 1. ad S. P. Q. Atheniẽsem*

vestrarum tuendum satis non sunt, si ad reliquas copias adiungantur, effectura, vt multò facilius omnia consequamini. Quæ igitur illa sunt? Neque ciuitati vlli, neque viris vllis, qui cuiusque vrbis vetera instituta defenderunt, irascendum est, sed delenda potiùs ex animis memoria iniuriarum. Nàm istiusmodi metus efficit, vt qui se fœderatis in manifesto periculo versantibus necessarios esse sciunt, opem promtissimè ferant: qui metu isto liberati, omnes fient mitiores: in quo non parua est vtilitas. Ac oppidatim proclamare talia, stultum fuerit, imò nec fieri quidem id potest. Sed prout vos cum ciuibus vestris egisse viderint, ità efficietis, vt quisque cum cæteris etiàm actum iri expectet. Proindè censeo neque ciuitatem, neque Ducem, neque Oratorẽ, neque plebeium quemquam eorum, qui antè hac eum defendisse statum, qui tùm fuit, visi sunt, à quoquam vllo modo vel taxandum, vel obiurgandum: sed concedendum esse hoc, omnes ciues ea egisse, quæ oportuerit, post quàm benignitate Deum conseruata Repub. vobis licitum est, de integro, vestro arbitratu deliberare: & cogitandum, quemadmodũ in naui, cùm bi velificatione, illi remigatione vtendũ suadent, dici ab vtrisque omnia propter salutem tuendam: * id verò prælatum esse consilium, quod cum Deorum voluntate congruerit. Quòd si de præteritis in hunc modum statuetis, & fidem inuenietis apud omnes, & officio bonorum virorum fungemini, & res vestras non parùm erigetis: & eos qui in vrbibus aduersati vobis fuerunt, eò redigetis, vt aut consilia mutent omnes, * aut omninò aliqui esse in culpà ipsi videantur.

Thra-

Digitized by Google

Thrasibulum Ducem Athenienſium, cùm videret ob ſæuitiam 30. Tyrannorum, plebem Athenienſem miſerè diſperſam, foriſque ouiũ errantium balantiumque inſtar vitam viuere infœlicem, commiſeratum eam reduxiſſe in vrbem, ac priori libertati reſtituiſſe, promulgato grauiſſimo ſanè edicto *ne quæ præteritarum fieret deinceps recordatio iniuriarum, quam obliuionem Athenienſes Amneſtiam vocabant.*

Athenienſes (inquit[c] Cicero) *cùm inter ſe valdè diſſiderent, ac non modò inteſtinis malis, verùm etiam Lacedæmoniorum armis ſubacti eſſent, ab his miſerijs ſe antè liberare non potuerunt, quàm in concordiam redierunt, & decretum fecerunt, vt quamuis inter eos multæ res indignæ interceſſiſſent, ἀμνησία tamen illa ſalutari obliuione quę ſempiterna delerentur: nec vllo modo quiſquam vindictam aduerſus alterum moliretur. Hac moderatione leniſsimoque Decreto, non modò ſe à ſeditione & tyrannide aſſeruerunt, verùm etiam cæteris rebus omnibus floruerunt, ciuitatem recuperarunt. Græciæ imperium obtinuerunt: ac deniq; Lacedæmonios Thebanoſq;, vt vel conſeruarent vel perderent, ſæpè in ſua poteſtate habuerunt. Quòd ſi qui Phylen occupauerunt, & è Pyræo in vrbem ab exilio redierant, vlciſci eos propter iniurias acceptas, qui in vrbe remanſerant, voluiſſent, non temerè fortaſſe feciſſe viderentur: multorum tamen malorum cauſas & dediſſent, & accepiſſent.*

[c] Cic. orat. de Pace.

D. Antonium[d] Gueuarram, Epiſcopum illum ex Minorita admirabilem, in eadem mẽte fuiſſe; *Cùm Villabraſimæ fui apud vos, alioſque veſtri*

[d] F. Ant. Gueuarra lib. 3. epp. aur. ep. 3.

Digitized by Google

vestri fœderis (inquit) *tota oratio mea pœnitudinem personabat: & cùm in Rosieco fui, nihil Gubernatoribus præter Clementiam & Misericordiam inculcaui. Fieri enim non poterat, vt impœnitentibus vobis, & inclementibus alijs, nihilq; pœnitentibus, ordinatum aliquid in hoc Regno constitueretur, totq; iniurijs illius obuiam iretur.*

Cauendum studiosissimè, *ne scribant in marmore læsi*, neq; *plumbeas iras gerat*, nec eructent verbum malum, neque hi, neque isti, alteri in alteros.

Ne sit qui timeat *ab auditione mala, à verbo aspero* improperij veterum vtrimq; delictorũ.

Iacob. Cęsareum planè esse, ac glorioſum, & (quod rei caput est) Christianũ, ac diuinũ *nihil præter iniurias obliuisci. Deum enim, cùm auersus ab iniustitijs peccator*, & ad Deum reuersus, *cœperit facere iudicium & iustitiam, omnium iniquitatum eius non recordari*, veniam omnium dare affluenter, *& non improperare.*

Gueuarra cõcione ad rebelles regni Castiliæ anno 1520. pag. 57. Epp. eius. eGueuarram Hispaniæ perduellibus promisisse, *ponentes arma nec verbo, nec facto læsum iri*, sub Carolo V. Imp. æternæ memoriæ, summo Belgarum ornamento.

Carolum itidem V. olim vetuisse, *ne quis Gandensibus improperaret, quòd laqueum aliquãdò è collo gestassent*; etsi merito forte suo maximo.

Eam vnam rem, ac prope solam, verba sc. mordaciora, Saracenos olim, atque ipsum adeò Mahometem, ab Imp. Heraclio, à fide Imperij, & à fide Christi auertisse, atq; in Christũ & Imperium armauisse, quòd insolentius ab

He-

Digitized by Google

Heraclij Quęstoribus, verbo militari *canes* essent appellati, cùm stipendia quoque cum cæteris poscerent.

Spinulam rem paruam esse quidē, sed quæ perpetuam sui faciat compuncto memoriam.

Ergò, qui frater *dixerit fratri suo* lapso *fatue*, Lutherane, Proditor &c. sit reus iudicij, ne per petuæ illæ prouocationes, & nationū irritamēta, pacem nunquā seriò coire permittant.

† *Vna res nos facere potest quietos, mutuæ facilitatis conuentio.*

Præterea beatos Proceres pronuntiasse, eam Amnestiam nō tantū verbis, aut improperiorum abstinentiâ constare oportere, sed etiā Patrimonij, Patriæ, Honorū ac dignitatū restitutione, & ad dignitates pari cū cęteris promotione, vt appareat nihil *manere alta mēte repostum*; nihil metui, nihil in posterum mali parari &c.

Eosdem quoque Cn. Pompeium laudasse, qui, victo Sertorio, nō modò aduersis militib. impunitatem proposuerit, sed & literas ciuium in scrinijs Sertorij deprehensas, bonâ fide, inspectante populo, non lectas combusserit, nec illis spem omnem reconciliationis adimeret, neue hostes apertè fierent, si esse crederetur.

‡ Sincerè amare, aut seruire Domino seruū non posse, cui intelligat seruus ingrata sua esse omnia.

Contrà, herorum de seruorum fide, fiducia, seruos alioqui rapaces, res Dominorum meliori fide tractare.

Hisp. pro. Chica es la punta de la espina, mas à quien duelo no laoluida.

† *Senec. l. 3 de Irâ.*

‡ Quieris hazer del ladron fiel, fiade del, *ait Hispanus.*

Digitized by Google

Augustum augustissimè versatum in Cinnæ reconciliatione id expertum. Nàm cùm Cinna aliquandò Augustum ipsum sacrificantem adoriri, & ad aras & victimam immolare statuisset, isque delatum Cinnam ad se vocasset, & quæ compererat ostendisset, tacenti & manifesto, vitam, fortunas, dignitatem, & alia in ciuitate præclara dixit se donare, vt ex eo die inciperet inter eos amicitia. Itaque Cinnam deindè per totam vitam illi amicissimum fidissimumque semper fuisse, sed nec ab vllo deinceps alio insidijs fuisse adpetitum, cùm anteà & ab alijs sæpè esset adpetitus, hoc scilicet illi promerẽte Clementia & Amnestia in Cinnam tàm insigni.

Pisistrati quoque ipsius, etsi Tyranni, honorificam ab eis factam fuisse mentionem, qui scilicet impudentem illum, qui se in cœna hesterna, in faciem, etiàm in Regia, & in sua mensa consputarat, postridiè ad se aduocasset, eiq; libens peperciſſet multa metuenti, & non minùs deinceps amicum fore sanctè promisisset.

Dixisse etiàm Scythas nimis Scythicè fecisse, qui Alexandrum monuissent, caueret, ne amicos sibi esse crederet, quos vicerat: inter Dominum & seruum nullam esse amicitiam.

b Quien come la vaca del Rey, a cié anno paga los hueſſos.

Explosisse illorum *b* prouerbium, qui dicunt Vaccæ regiæ voratorem etiàm centum pòst annis pretium ossium eius persoluere.

Damnasse quoque Aristotelem nimiæ

Ethni-

Digitized by Google

Ethnicitatis, qui *amico reconciliato non fidendum omninò* putasset.

Aliter Christum, aliter Apostolos docuisse, qui beneficiorum carbones putant super hostile caput congerendum.

Charitatem omnia credere, malum non cogitare.

Christum exemplo præiuisse, qui Apostolorum infidissimum Petrum, posteà fidissimũ, & amorem ter professum, Ecclesiæ suæ præfecit & caput instituit, non sperantem, non adspirantem, potius quam Iohannem aut Iacobũ & consanguineos, & magis innoxios, & iàm ante candidatos, ac petitores.

Aliter quoque bonam matrem Ecclesiam sponsi sui exemplo scilicet actitare, quæ Berengarium in tàm abominãdum errorem lapsum, reuolutum, adeò olim non occiderit, vt nec Archidiaconi dignitatem illi ademerit, quæ & D. Augustinum olim Manichæum, ab posteaquam est ab D. Ambrosio cõuersus, Episcopatu honorarit.

i *Velit nolit Nouatus hæreticus, omni tempore Ecclesiam recipere reuertentes.* i *Cypr. ser. de lapsis.*

Alioqui multos posse fieri desperatione deteriores.

* 8. Ivbilæi Politici nouam quandam formam etiàm adhùc armatis à Pontifice Romano impetrando, offerendoque si se exarment; bonorum scilicet Ecclesiasticorum tàm mobilium, quàm immobilium deprædationis olim factæ remissionem, citra restitutio-

Digitized by Google

nem vllam nisi quam volent, vel omnium omninò, vel eorum saltem, quæ iàm ad alios Dominos emptione trãsierunt, iussa tantùm è publico vnius aut alterius templi, parœcialis in qualibet vrbe, & vnius monasterij, seu huius, seu illius Ordinis (quem ciues ipsi malent) instauratione.

Donari hoc posse Christo, & publicæ tranquillitatis bono, ac sic Pacem Christianorum inter se emi patrimonio Christi, & quietem Ecclesiarum omnium, Ecclesiarum aliquot censu cõparari; & pecunia Christi, cõtra hostẽ Christi Turcam, resarciri concordiam, & armari.

*j. REM ENIM alioqui admodùm duram, & penè inextricabilem fore, omnium sacrarũ opum pessimè direptarum restitutionem (etsi iustissimã atq; optabilẽ:) nec fortè tanti esse, vt earum causâ tot animę æterno bello vtrimque amittantur, & Mahometus interim quasi Christum vincere sedendo permittatur.

*ij. DEINDE, qui illas malè retinebunt, quò valeat *aurum Toloſanum*, diuinitùs experturos.

De malè quæsitis vix gaudet tertius hæres.

*iij. RELIGIONEM, & vitam sanctam Operariorum in illam vineam, & quasi noualia immissorum, daturam nouas opes, & (vti olim lobo post aduersa) *omnia duplicia.*

Isai. *Erunt Reges nutritij tui.*

Mat. 2. *Ab Oriente aliquo venturos nouos aliquos *Magos*, *stella* perfectionis vitæ Catholicorum splen-

Digitized by Google

splendidissima tractos, qui *apertis thesauris suis* iterùm *offerant Domino* illic quasi renascenti *Aurum, Thus, & Myrrham.*

Non priuabit Deus bonis eos qui ambulant in innocentia. Psal.

*iiij. DENIQVE; Primitiuæ Ecclesiæ paupertatis speciem referre, istam inter lapsos renascentem Ecclesiá, minùs inuidiosum fore *ijs qui foris sunt*, hoc maximè seculo, quo plerique multi iterùm si possint velint Christũ in ministris suis spoliatũ, ac nudũ è cruce pẽdere, & discipulos Christi vrgente fame adhuc spicas esui confricare, etsi eos *nec abundare, nec penuriã pati*, plures probent.

*9. SECVRITATEM FOEDERIS vndequaque ostendendo.

*j. OMNES mutuũ metus causas esse rescindendas.

*ij. ARCES quidem, aras legitimæ potestatis Regũ bonorũ, vt contrà asyla crudelitatis Tyrannorũ, non esse idcircò subuertendas, sed populo terræ & indigenis fortibus, bonis, fidis, probatisq;, aut exteris, Genti, quæ custoditur, minimè odiosis infensisue, vel certè Heluetijs tradendã earum custodiam, Genti sc. non intractabili, forti, fideli inter stipẽdia, Pontificũ Regumq; custodi.

l Hispanos Hispaniæ suæ, & sui custodiã à Carolo V. petisse, Carolum dedisse, ac deinceps altam ibi pacem fuisse. l *Anton. Gueuarr. Epp. aureis in fine.*

*iij. CONNVBIA quoq; contrahenda, maximè inter potentiores, nobiliores, vel etiam mer-

Digitized by Google

mercatores aduersarum hactenus partium, & diuersarum Gentium etsi non aduersarum, & sanguinem sanguini miscendum, & patrimonia diuersis regnis & regionibus sita, vt hic positi corpore, ibi animo sint & beneuolentia, vbi sita sunt sua patrimonia, ne per turbas nó fruantur.

*iiij. ITEM; Colonias vltro citroque hinc illùc, & illinc hùc maiúsculas emittendas, ac permutandas, paribus vtrimque conditionibus, ad illam pacis firmitatem.

*v. DENIQVE; visum hoc vnum omnia superare, si reliquos subditos suos probatos, ab obedientia sua summi rerum Domini absolueret, & absolutos deinceps cum lapsis ac olim perduellibus (cùm reconciliati erunt) cóntra se iunctis viribus militare iure posse iam nunc pro tunc & in futurum dicerent, & publico scripto subditis tradito firmarent, quandocunque ipsos rerum Dominos (quod absit) pacis conditiones, fœdera, iuratamque fidem violasse probari legitimè posset, trium saltem Vniuersitatum Parisiensis, Louaniensis, & Colonienſis iudicio ac Censura, aut duarum ex illis ipsis.

Rectè m Hispanos vulgò dicere: *Debitori, qui in are alieno est, statuëti bona fide soluere, grane non esse quodcunque pignus dare.*

m Albuen pagador no le duelen prendas.

*vj. AEQVVM quoque visum lapsos, accepto eo scripto, arma deponere quãprimũ, moxque Dominis rerum obsides ex suis dare, vel multos, vel paucos, vti conuenerit: si paucos,

Digitized by Google

cos;tunc vel nobilium vel mercatorum potẽtissimos,vel ipsorum liberos: si multos, tùnc Colonias ex suis ciuibus fortunæ tenuioris in vrbes Dominis rerum fidissimas passim dispergendas mittere, nullas à Dominis rerum accipere, vt saltem metu cædis tot ciuium suorum futuræ, *n* qualis quondam Romanorum sub Mithridate fuit, (si fortè ipsi lapsi relapsi esse &minùs promissis stetisse, earundem Vniuersitatum, vel maioris partis earum iudicio conuincerentur) stare pactis cogerentur.

n Vide Iustin. & Valer.

Vel; si nullos ex suis obsides darent, exorarent saltem reliquos fidos Dominis rerum subditos,sibique ob communem patriam amiciores, certis conditionibus apud communes Dominos pro se spondere; vel deprecarentur aliquam mediocriter potentem Rempub. externam, vt Ianuensem, vt Helueticorum &c. pro se apud Reges suos vadem ac prædem esse, atque in se recipere ritè eos parituros.

Iustis fideiussoribus acceptis, tuta videri omnia.

Mediocriter autem potentem Rempub. duabus de causis posuisse.

*j. VT POSSIT ea faciliùs à Dominis rerum deceptis debellari, ac vadimonij accersi, cogi præstare, si fortè (quod absit) lapsos relabi, claudicare, officio deesse, & pactis non stare contingeret.

*ij. DEINDE; ne fortè viribus cum fœdifragis tùnc coniúctis, possit Regibus nimiùm ne-

Digitized by Google

negotij facessere.

Vtrarumq; enim partiũ securitati atque indemnitati æquè prouidendum.

* vij. VISVM quoque expedire, vt quo tẽpore de Pacificatione agetur, eodem omninò etiàm de matrimonijs vtrimque contrahendis tractetur; & quo rursùs die pax publicabitur, eodem literæ Dominorum rerum subditis reconciliatis tradantur, & vxores ex orbe & vrbibus reconciliatorum, ad aliorum vrbes, ad viros suos, & mariti ad vxores suas, adducantur tàm publicę lætitiæ quàm bonæ fidei signum: vt saltem hinc Patres pietate in filias procùl nuptas (quibus certò scirent dura & extrema omnia imminere, si Patres ipsi quidquam perfidè in alteras partes agerent) & illinc Soceri amore in nouos Generos Nurusque, & vtrimque Aui, insita in suos ex liberis suis nepotes caritate & beneuolentia, exactissimè omnes seruare alteri alteris fidem compellantur.

Et hoc quoque Proceres appellasse grande mysterium, & penè philtrum, aut amatorium poculum.

Et mirari se, si quis adhùc tùm ab illis lupis diu creditis gregi meritò timeat, quos vel edentauerit dentifrangibulus, aut quibus aciem saltem dentium malleator retuderit, aut elimauerit; & quos iàm ouibus suis maritatis, & ex quorum cõiugio (vt sic dicatur) nouus grex Lupouinus subcreuerit.

• Isai. 11. Certo sperari tùm fore quod ait • Isaias:

Habi-

Digitized by Google

Habitabit lupus cum agno: & pardus cum hœdo accubabit: vitulus & leo & ouis simùl morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & vrsus pascentur: simùl requiescent catuli eorum. Debellatores futuros Turcarum indè magnâ copia nascituros.

p Isocratem certè illum Politicorũ negotiorũ tractorẽ dexterrimum, quid Coloniæ tales, ac eiusmodi connubia prosint, ad fœderum firmitatem, olim his verbis insinuasse. *Hæc ratio cõcordiæ .... nostrum populum si quis doceret, Amphipoli accepta, necesse nobis fore, vt non minùs tibi benè vellemus, tuisque rebus consultum cuperemus, ob ciues scilicet nostros, qui in tuo imperio consedissent, quàm veteri illi Medoco, propter eos qui in Cherroneso prædia habebant.* p *Isocrates in Archidamo.*

Et alium ex priscis scriptorem: q *Amicitiæ per connubia contrahendæ mos priscis firmissimus habebatur.* q *Dion.*

) Ab omnibus omninò haberi dissentientiũ velut paranymphum, Matrimonium.

Iunoni ità visum apud Venerem: r *Quin potius pacem æternam, pactosq; Hymenæos Exercemus?* ait. r *Virgil. 4 Æneid.*

Et Dranci, egregio Oratori & Consultori, apud Regem suum, vbi de ÆNeæ cum Lauiniâ coniugio dicit:

Quin gnatã egregio genero, digniq; Hymenæos Des pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas; s *Virgil. 11. Æn.*

Vbi & vocat illud, *Pacis solum inuiolabile pignus.*

Sic

Sic olim in Gallia conatos aliquos, Condæum, nuptijs cum Maria Stuarta propositis, conciliare.

Sic Regem Gallorum, & Carolum V. Imp. per nuptias fœdera magis magisque stabilire studuisse.

t Michael ab Isselt hist sua pag. 322.

Sic t Pium V. Pont. Max. ad tollendam diffidentiam Regi Francorum suasisse, vt fratri suo alteram filiarum Regis Hispaniæ spõsam adsumeret.

Sic Deum ipsum, cum genere humano amicitias renouasse, factis Filio suo, per Incarnationem, in palatio ventris virginei, cum Naturâ nostrâ velut quibusdam nuptijs.

Aduersarios non esse ex Gente Numidarũ, aut Maurorum, vt nuptialia iura sint contemnpturi, de quibus sic Sallustius: u *Etiàm antè Iugurthæ filia Bocchi nupserat. Verùm ea necessitudo apud Numidas, Mauros q3 leuis dicitur.*

u Sallust. in Iugurtha.

Neque esse ex Turcarum progenie, de quibus sic Turcarum rerum scientissimus Barptolomæus Georgeuiz: x *Turcæ inter Regni, nec Generis, nec Soceris, imò ne fratribus quidem parcunt.*

x Bar ptolomæus Georgeuiz c. 2. de morib. Turcarũ.

Multa religione potiùs, vtrimque à Christianis, conditiones Pacis seruatum iri, ne Filiabus, aut Filijs, ne Generis, ne Nuribus, ne Nepotibus, vllius mali, cuiusquam perfidia autor sit, & ne vno die Aman aliquis nouus iustè offensus, multa milia hominum externi sanguinis, per suas iàm regiones distributi, tru-

Digitized by Google

trucidare, aut meritò & iure aliquo bono, aut prætextu non pessimo, possit.

Facturas quoque has nuptias, vt filiæ procul nuptæ, crebrò, per literas & internuncios, parentes suos absentes, Patres, Matres, Consanguineos, Affines omnes: & ipsi Generi Socerosq; & Nepotes. Auos suos omnesq; consanguineos hic & illic positos, verbo ac scripto solicitét ad seruandam hosti iàm amicato fidem, si suos saluos in terra aliena apud reconciliatos velint. Scilicet coniugatos & affines, sic sæpè aut similiter scripturos;

Vir precor Vxori, frater succurre sorori.

Generos & Nurus, tela de Socerorũ & Affinium manibus, etiàm si maximè rebellare aliàs vellent facillimè extorturos.

y *Generos Soceris media iunxere Sabina.*
z *Cui non conspecto languebit dextra parente?*
Telaque diuersi prohibebunt spargere fratres.

y Lucan. z Idem l. 3. Pharsal.

Populos eos, qui errore lapsi sunt, sæpè à magna sua in Principes suos obseruantia commendari; item à dictorum factorumque constantia, & *ea fide*, quæ sic dicitur, *eo quòd fiat, quod dictum est*, vt nihil aut parùm sit dubitandum, quin sint pacta sinceræ Pacis optimè (etiàm sine multis fideiussoribus) seruaturi, maximè si æquis conditionibus, & harum nuptiarum intercessione, paciscantur.

Digitized by Google

a *Liuius decad. 1. lib. 8.*

a *Si Priuernatibus Romani pacem bonam dederint, habebunt fidam & perpetuam, si verò malam, haud diuturnam,* aiebant Priuernates.

*viij. DENIQVE: ad Principum ipsorum securitatem peti quoque posse aliquot hostium ciuitates, quæ militi regio ex vicinis & socijs, sed Catholicis, eiusdem tamen climatis ac regionis populis conscripto (ad aliquot tantùm velut Nouitiatus & probationis fidei annos sex aut septem) custodiendę concedantur.

Non iniquum videri, infessorem etiàm peritissimum vel mãsuetissimi equi sui frẽnos tenere.

b *Philipp. Comineus in Chronico Ludouici XI. c. 54.*

Commemorasse Proceres, *b* Carolum Burgundiæ Ducem olim, ad fœderis sui cum Rege & Regno Angliæ firmitatem, obsides habuisse quatuor præcipuas Angliæ ciuitates.

Has igitur, & alias si quis haberet, Humanitatis vias, ad firmam Pacem Christianorum omninò omnium inter se conciliandam, aduersus Turcicam illam belluam, Regi Poloniæ nùnc ex professo, sed & omnibus omninò Christianis, Catholicis hæreticisque, Papistis Antipapistis, æquè in animo iamdiu minitantem, suasisse Concilium beatorum illorum Procerum, Mediatoribus Pontifice & Imperatore experiri; & omnibus, vel per literas, vel per Pacificatorias Legationes, illas proponi: dari aliquot mensium spatium ad deliberandũ;

addi-

Digitized by Google

additis tandem & minis istis, aut similibus; *Si intra tale aut tale tempus, ad se & ad iustos Dominos subditi omnes non redeant; tùm demùm ipsos pro iuratissimis Dei, Ecclesiæ Christi, & Regum omninò omnium perduellibus habitum, totâq; vi communiter impugnatum iri, Reges verò, ac Domini rerum, postulent æqua & ferant, iudicio trium vniuersitatum antedictarum, indignationem Dei Omnipotentis & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, atque imperatoris, incursuros &c.*

Et velut epilogi loco subiecisse, valdè hùc profuturum, si apud D. Antonium Gueuarram Episc. Hispanum lib. 3. epistolarum aurearum pag. 57. & pag. 91. quæ, & qualia olim Castellæ sub Padilla perduellibus, à Carolo V. promissa sint, & concessa, iusta attentione antè legeretur.

*II. Mole Belli Maiore.

Dixisse enim Proceres, in hoc passim peccari, quòd quæ pecunia paulatim per tot annos penè frustrà domandis hostibus impenditur, eadem non simul & semel bello totâ vi gerendo, vniuersa profunditur; seque arbitrari facilius victoriam obtineri triumphariq́ue de hoste posse, si aliquot annorum sumtus in vnius aut alterius anni acerrimum bellum cõglobarentur.

Torrentis enim rapidissimi instar eam vim conglobatam omnia subiugaturam, si quod extensiuè agitur paruo fructu, fieret intensiuè ità omninò, consilia pacis oblata antè accipiãt, petantque æqua & ferant.

Vt *lenis alit flammas*, sed *fortior* tàm

aqua, quàm *aura necat*, sic lenibus illis hactenùs quasi velitationibus, exerceri magis & firmari hostem, quàm obprimi.

Respirare illum abundè hactenùs semper, & vulnere aliquo accepto, se animum, atq; aurũ colligere potuisse.

Exiguas illas strages, hostibus quasi pro phlebotomia & sectione venæ fuisse, ac salutares fuisse, surrexisse scilicet indè semper illos alacriores, vegetiores, atque animosiores.

Torrentium rapiditatem semper & stragẽ, maiorem esse, quàm fluminum.

Segetem quamuis matureſcentem, facilè ferre lentam vel quindecim dierum pluuiam, nulla sui deiectione posse, quæ tamen eandem simul collectam, & ab Aquario quasi situlatim aut vrnatim effusam, hora vna non sustineat, quin tota prosternatur.

c *Vegetius prologo li. 3. de re militari.*

c *Qui desiderat pacem, præparet bellum.*

d *Si pace frui volumus, bellum gerendum est; si bellum omittemus, pace nunquàm fruemur.* Bellum ità, sed bellum acerrimum, & pleno conatu, desperata perduellium resipiscentia.

d *Cic. philipp. 3.*

Extremis morbis, extrema remedia.

e *Ouid li. metam.*

e *Cuncta prius tentanda: sed immedicabile vulnus*
Ense recidendum.

*j. ID VERO vt commodiùs & violentiùs fiat; *Primò* esse à nouorum bellorũ susceptione cauendum.

*ij. DEINDE; si quæ alibi geruntur, Pace aut

aut Indutijs citò consopienda.

Turcizandum hic tantisper, id est, instar Turcæ agendum, qui scilicet nunquàm, aut rarissimè, duo simul bella gerat, sed hic Indutias cum isto faciat, vt illic tota virium mole aliũ obprimat, ad secundum deindè quoque procedens obprimendum.

Virtutem scilicet vnitam semper seipsa dispersa esse fortiorem.

Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

f *Cùm animus diuiditur ad multa, fit minor ad singula.* f *Greg. l. 1. dial. c. 4.*

Qui duos insectatur lepores, neutrum capit, capit verò sæpè tres & quatuor, qui persequitur omnes alternatim.

g Capillatim & singillatim, totam tandem Sertoriani equi caudam euelli; & sagittarum fasciculum h Scyluri Tartarorum Regis, sagittatim à filijs totum posse comminui. h *Valer. Maxi. lib. 7. c. 3.* h *Plutar. tom. 1. Moral. tract. 13. de nimia loquacitate.*

Habere quoque speciem Inquietudinis, aut Ambitionis, aut Crudelitatis, aut Communis odij, aut nescio cuius Imperfectionis, tot simùl bellis Principem vnum intricari, quasi nullis possit per virium infirmitatem; vel nullis velit, per Malignitatem, expediri. *Item inter apoph. vet. Reg. Valer. Max. lib. 5. cap. 3.*

Ismahelis genium id sapere, *manus mouere contra omnes, & manus omnium contra se motas pati.*

* xiij. Non Erubescendum Regibus probis, sed deposita inutili verecundia, & priscis cum exteris inimicitijs, exorandos esse

Potentes omnes, vt se hic iuuent viris, naulbus, opibus; aut si id nimium, aut desperatum, saltem hosti nullo modo faueant, neque clàm neque palàm.

i *Virgil. 1. Æneid.* Vel i Iunonem enim ipsam, Reginam tamè Deorum, & Iouis ipsius sororem & Coniugem, vt AEneam & Troianos, quos oderat, in Italiam nauigantes funditùs perderet, supplicem fieri AEolo ventorum Deo non erubuisse.

k *Seruius in illud 3. Geor. Vir.* Quis aut Eurysthea durum? Sed neque dedignatam, k Eurysthei Mycenarum Regis opem implorare, vt odio suo in Herculem nouercali satisfaceret, ac sic Herculem penitùs perderet.

Reges quoque olim multos Romanis ità subplices fuisse.

AElium ipsum Hadrianum Imp. pace à Regibus multis, obcultis muneribus, impetrata, iactasse palàm, l *plus se otio adeptum, quàm armis cæteros.*

l *Sextus Aurel. Victor in Aelio Hadriano.* Principes tùm, Populosque facilè Regibus opitulaturos, quos viderint priùs, illis Humanitatis vijs prædictis, omnia ad Pacem tentasse, illosque non seruitutem aut obpressionem suorum, sed obedientiam politicam ac iustam quærere.

m *Cic. orat pro lege Manilia.* m *Hoc iàm ferè sic fieri solere accepimus, vt Regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes adliciat ad misericordiam, maximeq; eorum, qui aut Reges sunt, aut viuunt in Regno, quòd regale ijs nomen magnum, & sanctum esse videatur.*

Non

Non homines modò, sed Deum quoque ipsum bonæ voluntatis testem, Reges tùnc adiutorem habituros.

Tunc fore, vt pro Regum causa vel *n totus militet orbis,* n *Claud.*

Et coniurati veniant ad prælia venti.

Pugnabit pro ipsis *orbis terrarum contra infensatos.*

*iiij. VISVM QVOQVE consultissimum deinceps lytra, & quæstuosas illas priuatis solis captiuorum militū redemtiones prohiberi, vt meras belli cauponationes, & remoras citò debellandi.

Vel Pyrrhum imitandū, dicentem de Romanorum capitibus: o *Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis;* o *Ennius apud Cic. lib. Off.*

Ferro, non auro, vitam cernamus vtrique; ideoque gratis remittentem; vel in omnes æquè vtrimque captiuos milites iure belli agēdum, vt vel omninò non sint; vel, si sinuntur, superesse & seruantur, cùm belli fortuna pepercit, victoribus vt mancipia seruiant quantum lex Christiana patitur; vel gratis liberati abeant, beneuoli deinceps in hostem futuri, à quo vitam gratis acceperint, cuiusque clementia adhùc spirent.

Sic *nullum cum victis certamen, & æthere cassis,* fore, sed nec ferè cum viuis.

Nàm certum esse mortuos vltrà non pugnare; nec seruos in ergastulis & catenis, posse; nec clementer seruatos & gratis remissos ferè velle; nec aut gladio in præ-

Digitized by Google

lio, aut domi suspendio cruciatos, tàm temerè audere, ac sic pacem ac belli finem in manu fore.

*1. ILLIS VERO belli, cauponationibus, & quasi nundinationibus captiuorum militum, ali auaritiam militarem, & prædandi magis, quàm debellandi cupiditatem, nec tàm bella finiri, quàm nutriri,

*2. MILITEM indè ignauiorem fieri. Facilè enim eum sese hosti in prælio deditorum, & clypeum hastamque abiecturum, qui sibi sic vitam saluam sciat, & insuper stipendio menstruo mòx mòx libertatem.

*3. PRAEDONEM indè fieri militem, non bellatorem.

Centies enim audacter excursurum ad prædam, nùnc in hostico, nùnc in amicorum agro, vt hostem ac ciuem capiat, & reuendat, qui nihil deterius timet, quàm semel aut bis capi, post centenas grassationes; & insuper sibi ac suis mòx reddi & quasi reuendi, vnius dumtaxat menstrui stipendij interuersione; qui alioqui mansurus sit in vallo & castris, si excurrenti & hostibus occurrenti, sit vel in prælio pugnando cadendum, aut vincèdum; vel captiuo, in cruce & laqueo turpiter moriendum.

*4. INVIDIAM magnam multorum creari militi, videntium ità meliorem peneque tutiorem militis mercenarij conditionem

nem esse, quàm ciuis aut Mercatoris tributa pendentis, dùm captiuus miles aliquot aureis redimi potest, ciuis autem Mercator, aut agricola vix toto patrimonio.

*5. EFFERARI hostem. Iterùm enim pugnare redemptos, & sæpè quidem acriùs solito, in vltionem scilicet ac talionem.

Ex milite gregario partium aduersarum alicubi auditum fuisse, lytrorum prohibitionem, veram esse ad finem belli viam.

Si tamen aliquid humanitati dandum, in bello, re omnium inhumanissima, hostire dumtaxat permittendum, & militem captiuum reddere pro milite, quod est ferro, non auro redimere, dùm vis vi simili vindicatur, & hostis ad paria cogitur.

*6. LICENTIAS, quas vocant, commerciorum interdicendas.

Nàm si verus atque capitalis est hostis ille in quẽ pugnatur, & victoria atque internecio quæritur; dementiæ simillimum esse eum ab illo ali, vestiri, foueri, atque adeò armari, qui eum cupiat mori.

Esse hoc idem ac si quis retrogrediendo progredi velit, ac peruenire.

Esse hoc vna manu percutere, altera sanare: destruere hac, illa ædificare, hac ignem illa aquam gestare; denique Penelopes telam texere, & Latinissimè bellum ducere.

Omninò *Aqua & igni* potiùs hosti *interdicendum.*

Digitized by Google

Aqua enim olim & igni ijs interdictum fuisse, qui capitales hostes publicè nuntiabantur, id est, cuncta ad vitam necessaria fuisse deneganda.

*j. LICENTIAS autem permittere & commercia, id est pretio aliquo aut tributo certo, Mercatoribus indulgere, vt hostibus esculenta quædam, & poculenta, & vestiaria, & cætera necessaria vendant; ab hostibus sua superflua vicissim auro comparent, id non modò non esse aqua & igni hostibus interdicere, sed eos caritate propè filiali commodissimè alere, & stultè in se armare etiàm stipendio.

*2. ESSE exploratoribus multis viam aperire, & literas publicæ fidei obliquè dare, dùm aut Miles fingere Mercatorem potest, aut dùm verus Mercator partium aduersarum auditque videtque fortia, infirma, & consilia regionis aut vrbis, quàm liberè adit illo mercādi prætextu.

*3. ESSE hosti aurum & quasi vectigalia pendere, vndè militi numeret stipendia.

*4. ESSE, RERVM pretia augere, magno plebeculæ harum & illarum partium damno, & obliquè vexare Remp.

*5. HOSTES magis fame, ac rerum necessariarum penuria, quàm vi armorum, debellari.

6. AR-

Digitized by Google

*6. ARTIS militaris, magnam esse partem, hosticum grassationibus & incendijs vastare, ac priuare necessarijs.

Ergò necessaria hostibus importare, aut sinere pretio importari, militare contra artem omnem militarem.

*7. INDE EFFICI, vt bella deinceps non bella vocentur, sed commercia titulum dumtaxat belli præferentia, & mera quasi scorta quæstuosa, & lucrosæ collusiones.

Vt in apothecis Pharmacopolarum nonnunquàm venena sub titulo mellis, & mella sub titulo fellis ac veneni, sic tùm esse pacem quandam, sub nomine belli.

*8. DENIQVE; per licentias illas, imò per solas emptiones, hostem rescire, quibus potissimum egeat hostis, & quibus carere ægerrimè possit, sicque fenestram illi aperiri, vt cum velit, possit rerum angustia ac penuriâ opportunè hostem obprimere, negata de repentè, atque ex improuiso licentiâ solitâ, cùm scilicet intelliget maximè curtas res hostis esse, ac illam necessariorum suppellectilem.

*9. VT SILENTIO prætereatur videri posse, hoc nihil aliud esse, quàm herbam hosti porrigere, & glebam, ac dominum accipere.

p Aristotelem enim subindicare, eos qui olim seruitutē profiterētur, *terrā & aquam Domino*

p *Arist. li. 2. Rhet.*

mino tradere solitos, velut omnium rerum ius abdicantes, & in herum transferentes.

q Plinius lib. 22. c. 4. q Plinij sensu, summum apud antiquos signum victoriæ fuisse, *herbam porrigere victos*, hoc est, terra & altrice humo, & humatione etiam cedere.

r Vide Pli. de viris il lustrib. 86 r Veteres, quem Romana ciuitate pellebant, maximè qui de maiestate damnatus esset, *aqua & igni interdixisse*, communione omni ciuitatis priuatum significantes, quòd duobus his elementis maximè humana indiget vita.

*vj. OPTANDVM, Reges ipsos, ac summos belli Imperatores, ad citiùs debeliãdum, in castris suis esse, & prælijs interesse, rarissimè per Legatos.

Vt à periculis sibi cauere Imperatorem oportet, ità pericula suorum proximè spectare decet, vt & suis cautè prouideat, & qui illa fortius subierunt, coronet gloriosiùs.

*1. SIC ENIM hostem multò magis territuros,

*2. SIC AMICVM agmen magis animaturos, iureque timido cuique dicturos, quod Iulius Cæsar magistrõ nauis, atroci tempestate exanimato, pœneque ad portam reflectenti: *Apagefis, quid times? Cæsarem vehis, & Fortunam cum eo:* & illud ipsius Phocionis: *parumne cum Phocione mori?* cum Rege? Et illud Christi: *Nõ potuisti vnã horã vigilare mecum?* quibus miles vel pudore maximè animatur.

s Aelian. de varia hist.

*3. SIC PLEBEM VLAE abundè probaturos suum veri bonique Pastoris animum,

ani-

Digitized by Google

animam suam dando pro ouibus suis, in dubiam mortem & varios euentus belli.

*4. SIC AERARII dispẽsationem æquius vtiliusq; curaturos.

*5. SIC IVSTVS donaturos fortissimum quemque, seu Ducem, seu militem pro meritis, vel rude, vel torque, vel auro coronario, vel maiore imperio &c.

*6. SIC OCVLIS visurum, qui verè ignaui sint, cum fortes haberi velint: iustiusque castigaturum aut fugam, aut motum extra ordinem, vel fustibus, vel catamidiatione, vel exauctoratione, vel annonæ diminutione, vel venæ sectione, vel exarmatione temporaria &c.

*7. TVTIORES fore à fraudibus perperàm hos laudantium, hos vituperantium pro affectu, rebus coram sẽ gestis, ac non tantùm relatu nescio quorum cognitis, malignè nonnũquàm fortissima quorundam facta vel omninò tacentium, vel eleuantium ac tenuantium; aliorum contrà minutias in tertium vsque cœlum efferentium.

t *Pluris esse oculatum testem, quàm auritos decem.* t Plaut.

Et vt *oculus Domini impinguat æquum*, Sic Turni præsentiam vrgere pugnam, & oculum Regis, bellum benè fortunare, prælium instaurare, & reparare.

Mirè animari militem, qui naturâ satis Thrasonicus est, & gloriæ adpetens, ad fortia, dum in ipsis oculis sui Regis, sui Laudatoris, sui Bra-

Digitized by Google

Brabeutæ & coronatoris pugnat: panones scilicet tùnc imitari quos aiunt oculatas versicoloresque illas suas plumas tùm maximè ostentare, cùm spectantur ac dilaudantur.

Laudatas extollit auis Iunonia pennas.

*8. PVGNARE quoque oues fortiùs Duce Leone, quàm oue Duce vel ipsos Leones: vt minimùm, u Chabriæ Athenienſis Imperatoris inclyti atque philoſophi ſenſo, Terribiliorē eſſe exercitum ceruorum, duce Leone, quàm Leonū, duce ceruo.

u *Vide Cælium l. 9. c. 11. & Demoſth. oratione ad Leptinem.*

Adeò vtile, Reges nuptijs ſuis (quod aiunt) id eſt, bellis ſuis intereſſe, vt populi quidam Principes ac Reges ſuos, adhùc penè vagientes, per caſtra in cunis geſtarint: & Carolus ipſe V. Imp. ſummus, valetudine aduerſa, per aciem carpento ſe voluerit aliquandò ad Pentiacum in Arteſia circumferri, indè milites ſuos intueri, alloquiq; & hortari.

Præſentiam aliquos etiàm mentitos eſſe.

Principis in bello ac prælio præſentia quid poſſit, ex Ioannis Boemiæ quondam Regis & Ducis Luxenburgenſis, pugnâ nouiſſimâ, adparere.

x *Ex lib. Gall. Epiſtolarum Antibelgicarum ep. 18 pa. 73.*

xEum enim aliquādò comitatum Luxemburgenſium ſubditorum ſuorum manu, Philippo VI. Genero ſuo ad Creſſiacenſe prælium auxilio veniſſe, quamuis cæcus eſſet. Itaque, cùm ibi globo hoſtium valdè ingenti Dux Luxemburgenſis premeretur, adeò fortiter pro præſente ſuo Principe Belgas illos Gallorum ac forte Belgarum quoque fortiſſimos, pugnaſſe,

Digitized by Google

nasse, vt omnes ibi omninò occumberent, nemine salutem pretio paciscente, aut fuga se eripiēte, inuentumque tandem Regem ipsum Ioannem cæsum, sed occisorum secum Belgarum velut corona circumseptum, magna sane laude vtrorumque, & Principis, qui tantam fidem suorum meruisset, & subditorum qui tantam præstitissent.

Ex eo quoque euidens esse, quòd y *Vratislauienses requisiti per Bohemiæ Regem, homagium facere recusarunt, nisi ad se Rex proficisceretur.*

y *Æneas Syl. li. 1. ep. 127. de suo tempore.*

Et has quidem vias, ad publicam Christianorum inter se omnium pacem, visas fuisse Heroibus illis beatis, vt in Turcam vnà omnes, Catholici non Catholici, *tamquàm vir vnus* velint ac possint *ad bella procedere*, quas quidē quàm proximè ad eorum mentem ità Latine reddidi; sed quibus tùnc audiendis ità cor meū & caro mea exultauerunt, vt somno soluto & insomnijs, cætera quæ Raphael præterea in mandatis habere videbatur, audire ac rescire non potuerim, illo pariter cum somno meo abeunte. Somno fortassis alio redeunte, per noua insomnia redibit & ipse, ac cætera me docebit.

VEGE-

Digitized by Google

VEGETI CHRISTIANI,

LIBER SECVNDVS.

VIx Bene verteram Latinè primæ noctis illius beatæ insomnia publico bono, cùm ecce Raphael meus, virga, quam forte tenebat vel viæ solatio, vel viatorum instituto & more, vel Officij signo, vt scirem scilicet esse Caduceatorem Dei, leniter contactũ me repente tertia post (vt opinor) nocte profundissimè soporasse visus est, ac sic me eodẽ, quo priùs oris sermonisque tenore, affari: Iterùm bone vir, ad te reuertor, & ad intermissum tecùm redeo colloquium, ne nescias quoque cætera Concilij illius Magnorum illorum Heroum, de quibus cœperam nudiustertiùs iàm tecùm in somnis agere, consilia. Accipe ergò ea ex me, & verte ocyus Latinè vti priùs, nihil, neque addens neque subtrahens, & mòx euulga.

Ergò dixisse Proceres illos beatos, inquiebat, negari non posse magnam esse Imperiorũ cum Matrimonijs similitudinem, vt sit quiuis Princeps quasi Reip. maritus; subditi verò velut sponsa, nisi quòd arctiùs teneri inuicem coniugatos, quàm Principes & subditos, adpareat.

Vnde

Digitized by Google

Vndè illud de a Catone; *Vrbi Pater est, Vrbiq; maritus.* a *Lucan. lib. 1.*

Et de Cicerone; *Roma patrem Patriæ Ciceronem libera dixit.*

Sed coniugatis discordibus, aut cum scandalo nimio, aut vitæ periculo conuiuentibus, dupliciter olim solere de Pace prouideri, nùnc verò inter Christianos vnà saltem via; olim Diuortio, seu tori solius dissolutione, non etiàm fidei; & quandoque, sed inter Gētes dumtaxat, tàm fidei, quàm tori absolutione, vt scilicet Caius, Caia relicta, vxorem aliam duceret, & Caia Caio relicto alteri nuberet, si liberet. Apud Christianos verò, soliùs tori diuisione, & corporum disiunctione, ità vt oporteat, & Caium cœlibem, & Caiam *manere innuptam*, vt vocetur & sit *mulier adultera, si fuerit cum alio viro*, & vir adulter, si cum alia muliere priore superstite.

Ergò accidere quoque posse tempus & causas, quibus vincula Politica, superioris potestatis autoritate, dissolui possint, ac debeant fortassis.

*1. SVASISSE ergò, discuti sedulò, an aliter irreconciliabiles subditos & Dominos nō possit pacare quoddam quasi diuortium, legitima autoritate concessum, vel certè iussum publico bono.

Non enim tàm arcta videri, alterorum cum alteris, & inter se vincula, quàm Coniugatorum.

Id euideri ex multis.

Digitized by Google

*j. QVOD IVRE belli, subditi ab alio Domino ac Principe per vim haberi possunt ac possideri, non verò etiàm vxores, quæ nunquàm virorum suorum esse desinunt, etiàm quocunque belli iure captæ & abductæ, saltem inter Christianos.

*ij. QVOD AB Excommunicatorũ Dominorũ obedientiâ, sæpè per Ecclesiam subditi absoluantur, & Potestati primò occupaturi permittantur; nunquàm verò sic vxores vllo iure, alterius viri vxores esse possunt.

*iij. QVOD SVBDITIS aliquo casu mutare Dominos licet, vt cùm in Tyrannos publicos, & iure legitimeque damnatos inciderunt: Nullo autem casu possint, neque Vir neque Vxor, semel facti veri coniuges, altèri iũgi, coniugum altero superstite.

*iiij. QVOD VENDITIONE, donatione, aut permutatione terrarum per ipsos Dominos facta, subditi sæpè fiant noui Emptoris, & Dominatoris; non verò vxor à viro vnquàm vendi, donari, aut cum alterius vxore ad vsum coniugij, permutari.

Vt non est, nec erit, nec fuit, vmquàm dare tempus, quo Dei Filius naturam humanam semel à se assumptam dimiserit; sic nec potest dari tempus, quo coniux coniugem viuentem possit de sua facere non suam.

Itaque his admissis, videri, posse dari nouas quasdam, ad aliquam, in quibusdam locis, Pacem, vias.

Nem-

Digitized by Google

Nempè per { 1. *Diuortij* politici quamdam speciem.
2. *Mutationē* placidā Dominij.

*j. PER DIVORTII politici quandam speciem, id est Dominis ipsis rerum persuadēdo, vt perduelles & lapsos populos & irrecōciliabiles, quasi maritus iustè iratus indignam vxorem, à se dimittant.

Si enim Dominus Deus ipse, Diuortij quadam quoque specie vltus est aliquoties duodecim illas seu Tribus, seu Prouincias Israelis, & maximè nūc à Christi Passione, ad Mūdi vsque finem, dùm ità resipiscāt, vt *reliquiæ Israel saluæ fiant.* (Nàm à tot iàm annorum centurijs *sedent filij Israel sine Rege, sine Principe, sine sacrificio, sine Altari, sine Sacerdotio, sine Manifestationibus seu prophetijs,* ità mulctāte discholos suos Deo:)

Si Mater quoque Ecclesia, Iesum sponsum suū imitata, scelerosos & indecora corporis ac regni Christi mēbra excommunicat, & habet pro non suis, Sathanæq; ipsi tradit habendos; posse videri non nimis alienum, homines Politicos sic cū hominibus agere, & quasi Ephoros Spartanos, per præconem publicum, Spartæ, in Clazomenios suliginarios, proclamare:

b *Liceat Clazomenijs indecorè facere &c.* b *Ælian. lib 2. var. hist. c. 15.*

Imò & Religiones probatas à se rescindere discholos atq; eijcere, vt vt obediētiam arctissimā cęteraq; vota solemnissimè emiserint.

Si verò alicubi ità fieri, Ecclesiæ & Reipub. expediet, nolint autem partes in diuor-

Digitized by Google

tium consentire, tùm videndum aliquo vel Concilio centumuirali, vel Diæta (quam vocant) an non liceat etiàm inuitis partibus diuortium aliquod, saltem certi ac definiti alicuius temporis, imperare, tùm vt interim liceat Christianis vnà omnibus communibus armis Turcam vel reprimere, vel obprimere, vel imprimere illi Christi fidem (quod vltimũ sit sanè magis optandum) tùm ad partium interim ex mulcta illa, & temporis quoque mora, resipiscentiam, & reditum in gratiam & cõcordiam.

Sæpè enim quamlibet inuito vel marito, vel vxore, seu propter eius adulterium, seu propter Coniugis nimium neglectum, seu propter domesticam tyrannidem, seu propter magnum & iustum, quem illi creat, mortis metum, Ecclesiam de Coniugum bono, pace, vitaque solicitam, vel permittere aut præcipere separari, vel probare ac ratam habere fugam aut separationem alterius ab altero iàm antè, per iram aut iustum metum, factam.

Ne tamen Dominis rerum hac via nimiùm noceatur, aut subditis nimis lata ad licentiam feneſtra aperiatur; fieri eâ conditione diuortium illud politicum posse, vt interim qui sic sunt separati, maneant velut innupti, id est, nulli alteri arcto fœdere se dedant, sed viuant dignè, & honestè dùm sunt sui iuris, ferè vt benè moratæ vxores, solent, etsi ab indigno marito separatæ, donec vel beneuolentiæ & offi-

cio-

Digitized by Google

ciorum philtris, vel pacificatoribus intercedẽtibus, vel lapsu temporis ira & odio deferuescentibus &c. rursùs contingat inuicem amicari, vel quo quo modo, & qua qua causſa, resipiscere, & ad suum Osee reuerti, & ab Osee clementer recipi, quasique viro reconciliari & haberi habereque inuicem humaniter.

Sanè vulgò dici: [c] *Amantiũ iræ, amoris redintegratio est*, sępeque ità accidere.

[c] *Terentius in Andr. Act. 3. Scen. 3.*

Valereque apud multos vetus hoc Philosophi dictum sanè laudabile: [d] *Oderis, tamquam amaturus*, etsi eiusdem altera pars tota illaudabilis, qua dixit quoque: *ama tamquam osurus.*

[d] *Cicero in Lelio.*

Deindè; vt in diuortijs Coniugatorum, sic hic bonorum partitionem talem fieri posse, vt vxori iusta ad vitam honestè tuendam portione, & marito de congrua quoque & virili parte prouideatur; id est, populi sic sibi ad tẽpus redditi aut dimissi, interim annuè statam ac definitam partem vectigalium visitatorum antiquis rerum Dominis semper pendere iubeantur, sinanturque partem iustam & tantam necessitatibus suis reseruare, quanta ęqua commodis arbitris videbitur.

Postulanda æqua vtrimque *& ferenda* esse: viuere, & pati alios viuere, vt est in Gallorum prouerbio, eam demum esse naturæ legem ęquabilissimam.

Hac via sperari, irarum æstus quì nunc feruent, posse paulatim deferuescere, & partes tãdem solide coire & reconciliari, nec interim

Digitized by Google

minùs bella iusta in Turcam armis communibus geri posse.

Nam quorsùm, totam Christi familiam & regnum semper impediri, quò minùs rem suã benè opportuneq; gerat, ob paucorũ perpetuas incurabilesq; dissensiones, de terræ puncto, de apice, de apicula propè & aciculâ, atq; asini vmbra; regnis interim totis Christo, his pereũtibus, his perituris? *Vtinam abscindantur qui vos conturbant!*

*ij. PER MVTATIONEM *placidã dominij*, & hoc dupliciter; vel,

*1. PROVINCIAM pro prouinciâ, aut vrbẽ, pro vrbe ab aliquo externo Principe eoque ipsis lapsis aut perduellibus grato, vt tanto scilicet libentiùs & meliori fide deinceps illi pareant, impetrando; vt (verbi caussa) ab eo maximè, de quo vel Domino, vel Socio, vel Protectore suscipiendo frequẽtiores rumores ferunt; vel cuius armis, virisque, & auro freti vel steterunt, vel aucti sunt.

*2. NVPTIIS & Matrimonij alicuius vtrimque grati contractione, & dominij terræ perduellis ad nouum Generum nomine dotis, translatione.

Ità Generum, Socero amicum fore, ità populos Genero adsignatos carum habituros veterem Dominum, vt noui Principis Socerum, quem alioqui pro hoste habebant, ità denique veterem Dominum nil nisi amaturum populos, quibus suus gener imperet, vt benè pareant.

Ita

Digitized by Google

Ità nascituram funiculum triplicem, qui difficilè rumpatur.

Ità sperari posse, vt vel tandem [e] *vltima Cumæi redeat tùm carminis ætas.*

Surgere sic posßit toto gens aurea mundo:
Et rectum sine lege coli.

Verendum verò esse, ne, si Dominij mutatio ista maturè, consilio, & sponte non fiat ipsimet qui lapsi sunt, maiore Christianæ Reip. damno faciãt opportunè, importunè, quo quo iure, quâ quâ iniuriâ.

A nemine ignorari, *quàm periculosa sit res desperatio*, & quàm immanis ac ferox sit bellua, iratus populus, & quiuis ex amico magno factus hostis; & ex miti efferatus.

Nec frustrà Italico prouerbio dici, [f] *cauendum acetum ex vino dulci confectum.*

Pacem quoque aliquandò magno redimẽdam.

Pacem nullam vnquàm obuenturam nihil de suo cedere volenti, & qui semper [g] *sedibus hæret eisdem*, aut [h] *chorda oberrat eadem.*

Sapienter apud Pœnos dictum fuisse prouerbio: [i] *Vt habeas quietum tempus, perde aliquid.*

Rarò litibus carere, qui nusquàm sustinẽt vel tantillum iuris sui cedere.

Accidere similibus, quod in Cæsarem Borgiam lusit Neotericus Poeta sanè non malus: [k] *Aut nihil, aut Cæsar vexillo pingis inani.*

[e] *Virgil. Bucol.*

[f] *Prou. Ital.* guardati dacetofatto di vino dolce.

[g] *Virgi. 2. Æneid.*

[h] *Horat.*

[i] *D. Aug. homil. 10.*

[k] *Faustus Andrelinus lib. di flicherũ.*

Digitized by Google

Fies pro magno Cæsare, stulte, nihil.

Magnum interdùm esse lucrum, iactura rei, molestiam & inquietudinem quæ ab ea fit, excluisse.

D. Grego. Naz. Ser. 3 de Pace. *Dicamus* (inquit Nazianzenus) *fratres, his qui nos odio habent; Parcam tibi in re aliqua, vt maius aliquid nempè concordiam accipiamus: non semper vim vi repellendo.*

Cur non magis iniuriam accipitis?

Videri feciſſe satis prudenter eum, qui in lite decem ducatorum milium, causam aduersario cessit, quòd diceret, pecuniam, præsertim tantam, ob voluptates tantũ quęri; At sibi plus paratum iri voluptatis, cessione illa, & renunciatione controuersiæ, quàm pecunia per litem obtenta: *Nec mihi, nec aduersario tàm sum hostis,* inquiebat, *vt, pecuniæ illius spe, tàm duram acerbamque vtrique nostrum vitam fabricẽ*; quasi illud Cratetis philosophi dixisset: *Ite pessimæ diuitiæ, mergã ego vos potiùs, quã mergar ipse à vobis.*

Extare in Cæsarum actis, Othonẽ, Ethnicum licèt, Imp. adeò ciuile bellum detestari solitum, vt vel ad eius mentionem semper exhorruerit, ac demùm excedere è vita maluerit, quàm, suà vnius causſa, tot homines vitæ subire discrimen.

Octauium quoque Augustum exclamasse in extrema coniuratione, cuius autor L. Cinna, *ne viuere quidem tanti esse, vt incolumitatem suam tot ciuium interitu redimeret.*

Genes. Abrahamum fidei nostræ Patrem, ne cum Lotholitem diutiùs aleret, eidem, nepoti patruum

Digitized by Google

trum, eligendæ dextræ vel siniſtræ ceſſiſſe optionem: tanti ſcilicet magno illi & ſancto viro pacem fuiſſe.

Si quis ad calculos reuocet, ſerioque ſupputet, quid quantumq; bello exhauriatur, quæ & quãta, & quot, ciues Pace ab exitio ſeruẽtur, videri poſſe *ſemper paruo emtam pacem, quamlibet magno ematur.*

Emtionem Pacis qualemcumq;, non eſſe decimam partem belli ſumtuum atq; incommodorum.

Emiſſe pacem [m] *tanti, quanti Pythius voluit,* rarò quemquam pœnituiſſe. [m] *Cic. de Off.*

* 3. DVELLO quoque bella finiri poſſe. Duello, id eſt, vel duorum tãtùm, hinc vnius, illinc alterius, fortiſſimorum vel gregariorũ militum, ſelectiorum, vel Ducum magnorum concurſu; vel (quod fortaſſe magis expediat) ducentorum, aut trecentorum hinc & illinc lectiſſimorum pedeſtri vel equeſtri pugna, in qua ſi Reges & legitimi Domini victores eſſẽt (conditionibus tamen regnandi ante pugnam vtrimq; propoſitis) victos ſuos populos obedientes vt olim hãberẽt; ſi verò perduelles Reges ſuos ac Dominos ex duello vincerent, nõ Dominis ſuis quidem imperarent, ſed dumtaxat ſui iuris fierent, & æternùm libertate illa ciuili, quàm tantopere affectant, potirentur; magno vtrimque operæ pretio, & toti Chriſtianæ Reipub. commodo, ingentique Turcarum terrore.

Sic olim aliquandò Duces in Duces con-

Digitized by Google

currisse Aeneam, in Turnum, apud Virgiliũ.

n *Iliad. y.* Agamemnonem & Hectorem apud *n* Homerum colloquia habere, & inter eos conuenire, vter è prælio superior discesserit, siue Menelaus, siue Paris (qui singulare certamen inituri erant) eum Helenam, & res cum ea asportatas, donum ablaturum, domiue habiturum.

Alexandrum Magnum olim quoque cum Poro singulari certamine, vter fieret magnæ Indiæ Dominus, definiuisse.

1. Reg. 17. Sic Dauidem armis expertum cum Goliatho Philisthæo, carnea illa turri, vtra gens imperaret.

Sic Cõstantinũ in põte Danubij cũ Maxẽtio.

Sic Edmundum XV. Angliæ Regem, cum Canuto, coelecto & competitore seu riuali suo; qui & Canutum ità victum, consortem fecit imperij.

Sic haberi, Carolum V. Imper. misertum aliquandò tot populi sui cladium, alicui vni Regi aduersus eum tunc bellanti duellum obtulisse, his ferè Virgilij verbis. NOSTRO DIRIMATVR SANGVINE BELLVM.

Sic iàm Patritij & Nobiles cum Nobilibus passim, etsi more pessimo, vt quibus liceàt & conueniat iure experiri.

Imò sic Christum quoque caput nostrum, & cùm in deserto est variè tentatus, & cùm in monte Caluariæ demùm est crucifixus, cum Principe Mundi singulari velut certamine

Digitized by Google

mine congressum, contritoque eius capite, sua sibi, & suos suo sanguine extorsisse, & Cacum illum speluncarium pro meritis tractauisse.

Expediisse tunc vnum hominem mori pro populo, vt non tota gens periret.

Vnum pro multis datur caput.

Principi cum Principe, pro populo sic licere.

Nec defore nunc quoque p*Codros, pro patria* p*Horat.* *non timidos mori.*

Dauidem multis animis facturum, qui adhuc ouium pastorculus vix triobolaris, venientibus vrso aut leoni, non gregem, sed se obiecerit.

Et ipsius Christi oraculum, aientis *Pastorem bonum, animam suum pro ouibus suis ponere.*

Videri quoque nunc beatis, magnis illis olim bellatoribus mirabile, & fortè satis potens ad bella populis dissuadenda, pleroque rerum Dominos, pro suo arbitrio, ac sæpè temerè, populisque nonnunquàm inuitis ac reluctantibus, bella multa ac grauia suscipere quidem, sed tamen velle pęnè omnia solo populorum sanguine conficere, nulla autem suo, aut pauciſſima singularia certamina declinare.

Imò & hoc videri mirabilius, quòd cum rerum Dominos ipsos, ac summos Duces, sępè prępcipuos belli totius incentores, in prælio vinci aut capi contingit, ipsis præcipuè ac vnicè par-

Digitized by Google

cè parcitur, nouo more, vsui veterum & artī militari contrario, cùm scilicet notum sit, *pastore percusso oues gregis dispergi*, & capite truncato, corpus deinceps immobile esse, atque imbelle.

Mirabilissimum denique esse, etiàm malè multari hos cruce, hos laqueo, hos sclopeto &c. si quis ex victoribus miles ausit prælio etiàm flagrante militiæ aduersæ Imperatorem occidere, cùm verè sit totius belli exitus ipsa mors Imperatoris.

Romanos contrà id vnum studuisse, eiusmodi, ausis & factis præmia priua statuisse.

Certè, si pugnatur, vt pax habeatur, non videri in bello parcendum summo Imperatori, quo vno superstite, cæteris licèt cadentibus semper bella reparantur.

Sperari posse, si res istæ paululum mutarētur, & ipsi militiæ Principes belliq́ue autores, ad singularia certamina aut sæpè, aut aliquandò, vel initio bellorum, vel post aliquot prælia, & aliquam belli diuturnitatem, inuitarentur, nedùm cogerentur (maximè Christianis inter se dimicantibus) minùs stragium humanarum, minusque bellorum toto orbe futurū, maius studium pacis conseruandæ, & minùs ambitionis. Nàm vt Episcopatus olim non affectabantur, cùm Episcopi ad martyrium primi poscebantur, sic nec regna adeò affectarentur, si Reges ad duella quouis bello diuturniore cogerentur.

Nàm

Digitized by Google

Nàm certè (pleroſque ibi beatos Proceres, cum ſuſpirio, & ſuſceptorum à ſe æuo ſuo, vt fit, bellorum magna pœnitudine dixiſſe) rebus vt nùnc ſtantibus, quid ſunt aliud pleraque bella, quàm Magnatum & imperitantium iucunda quędam, quaſi de gallorum gallinaceorum, aut immaniũ gladiatorũ inter ſe pugnis, vulneribus, cædibuſque aut de ferarum cum feris colluctationibus in amphitheatro ſpectacula? imò popelli cenſura, alicubi & Spectacula, & Latrocinia.

Chriſtiano quidem inſtituto, ritè iàm olim damnatos, & exploſos Ethnicorum ludos gladiatorios, in quibus pauci aliquot homines, ijque perditæ iàm ac damnatæ vitæ, mutuis cædibus ſe conficiebant, crudeli voluptate ſpectatorum, at idque rarò videri iàm proh dolor! gladiatorijs illis Ethnicorum ludis, bella ludis illis immaniora ac damnoſiora, ſucceſſiſſe, vt in quibus tot annos feruentibus, infiniti Chriſtiani boni malique cædunt, inque vicem cæduntur Chriſtianorum Magnatum quorundam crudelium, vel crudeliſſima voluptate, vel perexigua miſeratione, & ſanguinem immenſum fundunt aliò neceſſarium, & quo poſſit in Turcia q *multum terræ pelagiq; parari.* q *Lucan. l. 1. Pharſ.*

Nec Reſpublicas, nec populos natos, aut datos, Regum præcipuè ſaluti, ſed contrà Reges ſaluti populorum, & diuinitùs datos natoſque, & humanitùs electos eſſe.

Bonum

Digitized by Google

r Ioan. 10. f Prou.

r *Bonum pastorem animam suam dare pro ouibus suis.*

Hisp. Poros duelen Don Ximeno, esto, cadas en cuerpo ageno.

Delicatam doctrinam esse, pugnantibus ictus dictare de muro, & cùm ipse otio torpeas, toto corpore militem velle cruentari.

Hispanos rectè prouerbio dicere: *Domine Ximeni, parum tibi dolent vulnera punctim illata aliorum corporibus.*

Facile cuiuis de alieno corio ludere, & lingulas indè exscindere longissimas ac latissimas.

t Ouid. cõsolatione ad Liuiã Aug. u Terent. in And. Act. 2. Scen. 1.

t *Facile est, quamuis hoc contigit omnes Alterius lactu fortia verba loqui.*

u *Facile omnes cùm valemus, recta consilia ægrotis damus.*

Si tamen durius est, duella ab ipsis rerum Dominis inter se æquo clausoque campo sic committi; posse saltem vel vnũ vni, vel duos aut tres fortissimos milites ex toto exercitu delectos (vt dictum est, totidem illinc delectis) qui digni videbuntur, quorum virtuti, adde & sanctimoniæ salus publica cõmittatur) concurrere, proposita id ausuris seu vincant, seu non vincant, nobilitate, libertate, immunitate à tributis, vxore è Regis aut Principis filiabus aut cognatis, (& si quæ sint meliora) ijsque eorum posteritati, si ipsi illic ceciderint, obuenturis.

Ità ità seu non vincant; vt audeant in tanti periculi certamen descendere, vbi necessariò sit moriendum, pugnaturis, aut vincendum, & nul-

Digitized by Google

& nullus omninò, vt alibi, sit fugæ locus.

x Saulem ità feciſſe, ſicque Dauidi vni, contra vnum Goliathum pugnare conceſſiſſe, & ſuam regnique totius ſalutem vni credidiſſe. x 11. *Reg.* 17

Sic initiò, y Romanos, ſub Tullo Hoſtilio, trigeminis Horatijs trigeminos. Curiatios Albanos, ſub Duce Metio Suffetio, in ocu lis duorum exercituum pugnaturis, publicam ſuccreſcentis imperij ſui ſalutem commiſiſſe, & rem omnium, paucorum certamine, tutam feciſſe. y *T. Liuius decad.* 1. *Plin. de viris illuſtrib. c.* 4.

Aut ſi nimium eſt hoc quoque, tàm paucos tantam aleam iacere, aut tantam molem ſuſtinere; poſſe trecentos aut quadringentos in parem hoſtium numerum depugnare.

Factum eſſe aliquid tale iàm olim. z Cùm enim de Thyreâ agro, inter Spartanos & Argiuos, controuerſia eſſet; ità conuenit inter vtroſq;, vt lis ea armatis vtrimq; trecẽtis prælio decerneretur, quo in prelio cũ Otryades (qui Dux fuit Spartanorũ) cęſis ſuis, & ipſe vulneratus eſſet, interque cadauera neglectus; hoc planè mirabile, & Reipubl. ſuæ ſalutare feciſſe dicitur. Surgens enim velut è ſepulchro, & fragmentis haſtæ innixus (quum duo ſcilicet illi Chronius & Alcenor qui ex Argiuis reliqui erant, caſtris ſuorum relictis abijſſent) ſpoliatis priùs hoſtium corporibus, & ad ſua caſtra relatis armis, occiſorum hoſtium Argiuorũ ſcuta collegit, z *Plutarc. in Paral. Herodot. lib.* 1.

Digitized by Google

legit, erexitque trophæum, quod proprio sanguine inscripsit, ac Ioui dein dedicauit, eoque modo non multo sanguine, suis Lacedæmonijs agrum litigiosum asseruit.

Sed & Christianos quoque Principes olim, barbaro Principi Antiochiam obsidenti, eiusmodi certamen obtulisse, emisso ad eum Petro Eremitâ, cuius ad Corbahamum Principem hæc fuerit oratio; *Visum est adhuc Christianis Principibus, quandoquidem tàm egregios homines tibi subdi recusas, & Christianus fieri renuncias & viginti tirones de tua eligas multitudine, quod etiam Christiani facient, & datis vtrimque obsidibus, & facto iuramento vtrimque, tu in Deo tuo, ipsi in Deo suo, singulari certamine in medio confligant. Et si Christianis victoria non contigerit, ipsi in terram suam pacificè & sine damno redeant, Antiochiam tibi reddentes: Si verò tui triumphare nequiuerint, pacificè tu tuique ab obsidione repedetis, vrbem & terram nobis relinquentes.*

a Ex Chronico Hierosol. incerti Autoris li. 4. cap. 45.

Sin iterùm periculosum videbitur, vnico trecentorum istorum certamini rerum summam credere; posse, ex trecentis istis, tria aut quatuor exigua agmina hinc & hinc constitui, & quot generalibus (vt vocant) prælijs vellent Reges totius rei summam credere; tot vel horis, vel diebus, tribus scilicet aut quatuor diuersis, agmina illa ex trecentis constituta, cum totidem hostilibus turmis concurrere, vt si fortè ignauiùs aut infelicius, vno aut altero die pugnati contingeret, possent reli-

Digitized by Google

reliquiæ à suis vel increpitæ, vel exoratæ, vel promissis animatæ, tandem vltimo congressu fortiùs pugnare, & vincere.

b *Victores victiq; cadunt, victiq; resurgunt.* b Virg. 1. Æneid.
Interdùm victis redit in præcordia virtus.

Ibi meliùs forsitan, manifestiùsq; auxiliũ Dei, & propriam cuiusq; militis ac Gentis virtutem spectari, posse (ac maioris sanguinis Christiani parsimonia) quæ alias sæpenumerò & per externos quidẽ & auxiliarios obruitur magis, quàm maiore virtute retunditur.

Neque hic respondendum; Duella ab Ecclesia prohiberi.

*j. ECCLESIAM enim eandem, posse, intuitu maioris boni, quas leges fixit, refigere, ac dispensare.

Minus autem malum esse, duos aut trecentos hinc, cum duobus aut trecẽtis illinc publica autoritate pro Repub. pugnare, quàm quadraginta milia, cum totidẽ, aut circiter (vt fit) iustis prælijs concurrere.

*ij. PLVS QVIDEM SANGVINIS in exercituum duorum prælijs, at non plus iuris, quã in Duellis.

*iij. NVMERVM pugnatorum maiorem, non facere maiorem pugnandi æquitatem: neque vim maiorem, iustiorem.

Nàm si sic, iustior Alexander Imp. & Rex Magnus, quià classe aliena rapiebat, quam captiuus ille verè pirata & prædo, qui tantũ cymbula maria infestabat.

Et iustiora futura bella Turcarũ, quã Christia-

stianorum, quòd Turcę numerũ Christianorum duplo aut triplo ferè soleant superare.

Et improborum causas fore iustiores, quã bonorum, quoniam improbi infiniti; proborum & Christi seruorum grex pusillus.

Videri licere, pro publica omnium vtrimq; salute, trecentos trecentis, potius quàm totis exercitibus, concurrere, cùm licuerit, aut licuisse putatum sit, à pauculis annis, ad Buscum-Ducis, certum numerum Equitum vnarum partium, pari numero alterarum partium pænè sola vel gloriæ priuatæ, vel vindictæ causa, obponere.

*4. SORTE quoque fortassis, publica tamẽ vtrimque oratione præmissa, & comitante, si nullo peccato id conficri posset, & sorti committi, an lapsos, ad Obedientiam Dominorum pristinam redire Superi velint, an à Dominis rerum libertatem ac emancipationem obtinere, quam affectant.

Forsitan illas de veste Domini voces, actionem q; militum, *Non scindamus eam, sed sortiamur de ea cuius sit*, tale aliquid futurum labentibus annis, & seris sæculis, præsagisse; certè vt minimùm indicare, priscum & militare esse, discordias sorte præuenire, aut sopire.

De subrogato quoq; in locũ Iudæ Apostolo dictũ esse; *Cecidit sors super Matthiam*, vbi *sortis* nomẽ, *& cadendi* verbum, valdè notãda sunt. Act.

Et illud: *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur*. Prou. 16.

Rebus quoque desperatissimis aut extremis, ex-

Digitized by Google

extrema quæri remedia.

c Gulielmum Tyrium narrare, inter Barbaros finitam aliquandò de regno contentionem, constituto illo Rege, cuius sagitta de medio omniũ colligatarũ, casù extraheretur. c Guliel. Tyrius de bello sacro

Non tamen *esse facienda mala, vt veniant bona.* Itaque Scholasticos hic ante factum seriò consulendos.

*5. PVGNIS INCRVENTIS, si luctę ludicrę tantũ, hastiludia, & cursus, & eiusmodi pręliorum simulacra incruẽta vtrimq; proponerentur, certo pugnatorũ, ludionũ, & cursorũ, & dierũ certaminis numero; hoc proposito pro vincentiũ brauio, quod quisq; petit ab aduersario, hinc seruitutę quę solebat esse; illinc Libertate? Ità victores sine cędę & sine sanguine relaturos, quidquid armis tàm cruentis conatur auferre, victos incruentè sola causa casuros, non vita tantùm vsurpata hactenùs reddituros, nihil sui amissuros.

Atq; his dictis, insomnia tãti sperdesierunt.

Facto autem quasi horæ vnius interuallo, visus mihi sum rursus similibus agitari, & Caduceator Raphael ità cætera prosequi.

Dixi nũc, quam potui clarissimè, ac breuissimè, de vijs Pacis domesticę paucorum, quæ iussus sum ab illo immortalium Heroum Cõcilio. Superest vt breuibus quoq; dicã, quæ de publicæ omniũ omninò Regnorũ inter se (salte quę Christiano nomine cẽsentur) cõcordiæ inueniẽdę ratione, ijdẽ beati Proceres de Ecclesię salute soliciti, suæ securissimi, excogitarũt.

Digitized by Google

Scire iuuabit, & fortassis magis vti iuuerit ac sequi, si vti libet, quibus licet, & maximè decet.

Tu interim cursorio calamo excipe, & vt soles Latinè extemporati spiritu verte, & ede.

Proceribus igitur illis visas fuisse has vias, ad Pacem publicam Regnorũ omnium Christianorum inter se, commodissimas;

1. *Diuersionem ad aliud bellum,*
2. *Senatus Regij creationem;*
3. *Stationem Imperiorum;*
4. *Sciscitationem curiosam;*
5. *Prouocationem ad miracula.*

*1. DIVERSIONEM AD ALIVD BELLVM id est, (phrasi Medicorum) armorum in hostẽ alium iuratiorem, nẽpè Turcã, transferendorum studium cuique Genti, & Principi, quâ quâ viâ & ratione impressum, & quasi clauum clauo excussum.

d *Successore nouo vincitur omnis amor.*
e *Alterius vires subtrahit alter amor.*

d Ouid. l. 2. de remed. Am.

* Solere enim peritissimos Medicos, cùm ex aliqua hominis parte, seu naso, seu ore sanguis periculosè ac penè immedicabiliter ebullit vel erumpit, alibi venam secare, vt fluxus ille alter sanguinis eò diuertat, atque ità fluere, vndè non expedit, desinat.

e Idẽ ibid.

Sunt ergò Belgæ (vt Gallorum fortissimi, ità f primi inter Gallos Christiani) sunt Franci aut Galli reliqui, sunt Germani superi inferique, sunt Angli, sunt Hispani, sunt reliqui

f Paradin. in hist.

Digitized by Google

qui Christiani populi, adeò (vt ità dicatur) sanguiniflui, id est, ità Belli & armorum adpetentes, Pacis domesticæ impatientes, vt hanc ferre, istis carere omninò non possint aut nolint? Hi ob vetera odia? Isti ob ereptas Prouincias? Alij ob religionum diuersitatem? Alij ob iniurias vindicandas? Alij ob ambitum & quęstum? Alij ob patriæ à fæce hominum purgationem? Alij ob alias vel veras causas, vel prętextus?

Christianorum, proh dolor! gladij non possunt vel tandem *conflari in vomeres, & Lanceæ in falces*?

Ingeniosus aliquis artifex aliò hunc seu furorem, seu zelum diuertat; abusu isto benè vtatur, animos bellatorum in Turcam vertat, vel hac, vel ista via. Centum hùc portas esse, si quis seriò adtendat.

*1. CONSVLTISSIMVM autem videri beatis Proceribus, ad studium illud armorum in Turcam diuertendorum, animis Regũ ipsorum, Principum, denique Gentium Christiani nominis omnium, efficaciter inserendum atque imprimendum; si iubeat Pontifex Maxi. librum quempiam constantem 30. aut 40. iustis Concionibus Latinis, eleganter, solidè, docteque componi, Latinis, (inquiebat Raphael repetitò) Latinis, vt eum omnis gens intelligat, proposito perpetuo themate, vel, *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*;

Vel; *Non veni mittere Pacem, sed gladium*;

Vel; *Memẽtote vinctorũ, tanquã simùl vincti*;

Digitized by Google

Vel; *Deus venerũt Gentes in hæreditatẽ tuam?*

Vel alio quocunq; (vt videbitur) cõmodiore; vel opera & studio Illustrissimi alicui Cardinalis (nominasset Proceres Baroniũ, si adhùc vixisset) vel Bellarmini, vel Peronij; vel industria Centũuirorũ vel 72. id est, multorũ simùl doctorũ & eloquẽtiũ virorum huc delectorũ; in quo libro copiosè, & ad concionandũ cõuenientissimè tractetur, de bono & decoro Pacis inter Christianos màximè; de belli domestici publiciq; incõmodis, peccatisq; de periculis maximis & iã instãtibus à Turca &c. & ostẽdatur, Turcã iustius, vtiliùs, ac faciliùs debellari posse, & debere vel iàm tandem necessariò, qui sc. Naturę, qui legibus, qui Regibus, qui æquè Christianismo vniuersò hostis est &c. Esse certas (tales, aut tales) ad Pacẽ Christianorũ inter se, & bellum in Turcã vias, omnes teneri manũ atque aurum huic bello porrigere &c.

Ista & similia tractari eo libro argumenta oportere.

*2. TVM HVIVS libri benè limati & castigatissimi exemplaria quamplurima iussu Põtificis, & Ecclesiæ sumtibus excudenda, ac deindè sanctè prę cipiendũ conciones ad populum haberi ex illo, vel toto Dominicæ Aduẽtus, vel Quadragesimę tẽpore, ab omnib. omninò Cõcionatoribus simùl & eodẽ anno, qui videbitur opportunus, toto quàm latè patet Christianismo, hoc modo.

*j. MITTENDA primùm à Pontifice Max. ad singulos Catholicos Episcopos, eius libri exẽplaria

plaria, suum ad vnumquemq;, & seriò præcipiendum, à quolibet Episcopo tot rursus exemplaria in sua Diœcesi recudi, quot probabiliter habere videbitur Concionatores alicuius nominis, qui in Vrbibus & castellis celebrioribus possint idoneè de ea re habere conciones.

* ij. PRAECIPIENDVM etiá, vt circa Fest. Assumtionis Marianæ (quo ferè tempore solét seu missiones, seu mandata concionandi, Catholica disciplina, renouari) cuiuis Concionatori vnũ eius libri exẽplar tradat Episcopus, vnàque præcipiat sanctissimè, Pontificis Max. nomine, vt ex eo solo Conciones vel Quadragesimales, vel Aduentuales (vti decretũ fuerit) illo anno habeat, & semper eadem concludat, quæ libellus ille, augere tamẽ omnibus liceat, locupletare, & illustrare, dùm scopum illum vnum spectent, eodemq; colliment.

Interrumpẽti autem tunc mihi & obiectãti, in Protestantiũ & Hæreticorum ditionibus, Pontificis Max. mandata conteni, proindeque frustrà sperari aliquid ibi confieri posse, Raphael mihi visus ita respondisse.

* iij. CONCILIVM Beatorum Procerum hoc esse huic malo consiliũ, vt Protestantes & Hæretici quoque hunc librum, atq; ex illo sumẽdę concionis & eodẽ tempore consiliũ admittãt; quærendum esse magnũ aliquẽ Mediatorẽ, qui scilicet & Catholicis gratus sit, & in cuius quoq; gratiã aliquid faciant Protestantes, & quotquot à Catholica Ecclesia sunt auersi, vel amore Mediatoris, vel metu.

Digitized by Google

Acaltè suspirando addidisse, visum huic rei commodissimum (si superuixisset) Gallorum Regem Henricum IV. tùm quià multis nominibus Romano Pontifici deuinctus esset atque obligatus (vt per quē fuisset Catholicus; per quem habuisset, & Regnū, & Pacem, & certam Vxorem, & hæredes) necnon Catholicis à sua conuersione charus; idem & apud Hæreticos ipsos (qui & illum nescio quo modo in vita vel amabant, vel profectò formidabant) certè in vtramq; partem erat potentissimus, cū Hæreticis aliquid non concedendum petentibus sub mortem ferè ausus fuerit respondere; *Henricus III. vos timebat, sed non amabat, ego verò vos amo, at non timeo*, non quià amaret vt Hæreticos, sed vt suos quondàm in aduersis adiutores.

Exorandum illum fuisse à Pontifice, vt dignaretur Geneuensium Superintendentes; item Rupellenses &c. item Regem Angliæ, vel per Oratorem, vel per literas, flectere, & exorare, vt suos illi Ministros inclinarent, ac iuberent eodem anno, eadem Quadragesima (vel Aduentu) qua Catholici, ex eodem libro ad populos suos, haberi conciones.

Haud dubiè Henrici illius Magni vel reuerentia, vel formidine, omnes fuisse assensuros.

* iv. QVIA VERO Superis visum, illum sic è viuis abire, proh dolendam Ecclesiæ cladem! videri, præstare propè idem posse vice Patris, Ludouicum XIII. adlaborante Regi-

Digitized by Google

na eius Matre.

Cumque (vt mihi visus sum) subridẽs iterũ opposuissem, illos in fide à nobis adeò dissentientes, nunquàm dogmata nostra publicè, ex eo libro, etiàm Ludouico XIII. suadente prædicaturos; sic Raphael meus excipere ac respõdere visus est.

*v. Concilivm Cœlitum libenter illis permittere, vt quæ erunt Fidei Geneuensiũ, aut aliorum contraria in eo libro, dicere omittant, & eorum loco, quæ ipsis videbuntur, interserant, dummodò Politicum illud vnum concludant, Pacem scilicet Christianorum inter se, & belli in Turcas communionem, & publicationem commendent.

Indubiè, hac moderatione, consensuros omnes in Pacem publicam, & orbem totum breui miraturum, se belli illius Turcici tanto amore, penè furtim & raptim, occupatum.

Nescire enim illum Eloquentiæ vim, & sacrarum Concionum potentiam, saxa & arbores (instar Orphæorum, & Amphionum) loco mouentium, & flumina sistentium, qui siquis à sic conspirantibus toto Orbe simul ac semel tot Concionatoribus & Oratoribus, iussu vnius capitis, desperat fieri posse, quæ hic promittuntur.

*j. Intellectvros tunc ex Concionibus, & tacturos manu, illos, qui pugnant ob odia, nihil Turca esse odiosius.

*ij. Qvi Pvgnant, ob ereptas sibi aut suis Prouincias; Turcam, quæ habet omnia,

Digitized by Google

Imperia duo, Trapezuntinum & Constantinopolitanum; & regna iàm circiter 72. nobis aut nostris eripuisse, & reliquis paucis, quæ Regibus & Christo restant, inhiare, ac velle eripere;

* iij. QVI OB RELIGIONVM diuersitatem; Turcam velle & Catholicam, & Schismaticam, & Protestantem, & Hæreticam (& quæcunque non sit Mahumetana) extinguere, hocque ipsum, dùm regno inauguratur, cum primis iurare;

* iiij. QVI OB INIVRIAS vindicandas, nihil Turcâ esse barbarius, atque iniuriosius;

* v. QVI OB QVAESTVM & ambitū, aut vt aduocati quidam, nō vt vincant, sed vt ditescant; nihil Turca esse opulentius; Turcam tot Imperia, tot Regna, tot Diademata pœnè habere, quot nos capillos in capite: incredibiliter diuitem esse, cùm ipsa loci, id est, Asiæ beatitatē, tùm tot Regnorum captorum spolijs, & denique tàm longâ apud illum Pace;

* vj. QVI OB PATRIAE, à fœce hóminū expurgationem, vel à nimio populo exonerationem, opus fore multorum emissione ad Turcam vndique inuadendum, & ad deserta regna colonijs implenda.

* vij. QVI OB EXERCITIVM armorum Turcicum bellum optimam militiæ Academiam fore, & quid non? vt de necessitate illius belli, prudentibus euidentissima, nihil dicatur.

Iàm

Digitized by Google

Iam iam obiecturum, tot liberos iam à multis, in Turcam & de Turca, scriptos, nihil effeciſſe, neque ſic aliquid quoque Chriſtianos forſitan effecturos, ſic anticipare viſus eſt Caduceator, ac dicere,

Falli ſanè multùm, qui ſic opinetur.

*j. PRIMVM ENIM aliam eſſe, multoque maiorem vim, etiàm eiuſdem hominis viua voce dicentis, aliam (etſi eadem de ijſdem omninò ſcribat) ſcribentis tantùm.

D. Hieronymum verè dixiſſe: g *Habet neſcio quod latentis energiæ viua vox*, de voce ſecularium Oratorum.

Maximam ergò vim habere viuam vocem Concionatorum Dei.

Dabit Deus voci ſuæ vocem virtutis.

Vox Domini confringentis cedros &c.

*ij. LIBROS reliquos in Turcam ſcriptos ab omnibus non legi, hunc verò, per Concionem ex illo, penè ab vniuerſis quaſi lectum iri, dum audietur.

*iij. DENIQVE, vt alij libri legãtur ab omnibus, non tamen ſimùl & ſemel à ſingulis: iſtum autem, per Conciones vbique ſimul & ſemel ex illo habitas, ſimul & ſemel ab omnibus & ſingulis auditum iri.

Differentiam effectuum per libros illos, & Conciones iſtas ex eo, tantam videri, quanta eſt inter ſex equos currum benè onuſtum quidem trahentes, ſed alternatim & ſigillatim, & non ſimul, quì ſic currum nunquàm vel latum vnguem loco mouebunt; & inter alios

qua-

Digitized by Google

quatuor tantùm equos paris roboris, æquè grauem currum, sed vno pariq́ue conatu, & simùl trahentes, qui currum facilè quocunque aurigæ libeat, intorquent.

Librum enim quemuis alium in Turcam, quamlibet elegantem & eloquentem, à Ioanne hodiè legi, & Iohannem moueri, & in Turcam egregiè animari, sed vnum illum & solum, & cum nullo tùnc alio; aut certè paucos eodem, quo ille, tempore eadem legere, & eosdem motus pati. Itaque solum illum, vel cum paucis, ità in Turcam commotum & animatum nihil posse.

Cras aut perendiè, legi quoque à Petro, & etiàm à Paulo eundem librum, & sic (vt Iohānes heri) animatum ardere magna belli in Turcam cupiditate; sed hęc illum tùnc quidquam promoturum; tùm quià iàm Ioannes ille heri ardens refrixit ac deferbuit; vel quia Ioannes ille, tùm procul est à me, vt adhùc fumantem suum titionem meo igne possit vicinitate reaccendere; ac sic solum adhùc manentem Petrum (quamlibet velit, ardeat, & vrgeat) bellum illud sacrum non posse ordiri: & sic de cæteris omnibus, seu priuatis hominibus, seu Regibus & Principibus, sigillatim librum etiā optimum de eadem re legentibus.

At verò cùm audient pro Concione, simùl ac semel omnes, Reges, & Populi, & Linguæ, Turcici belli necessitatem, Vtilitatem, Facilitatem &c. omnes simùl & semel animatos (instar

star equorum, simul currum trahentium) studio Pacis inter Christianos, omnes simùl arsuros, eaque inita in Turcam moturos, &, torrentis instar è montibus collecti, in Barbarum illum ruituros.

*3. VIDERI quoque Concilio beatorum consultum, vt ad Conciones illas, etiam Tragœdiarum illustrium, populari linguà in theatris exhibendarum labor accedat, eodem tempore, traductarum ex vna aliqua primùm Latinè facta, in gratiam omnium gentium, ad maiorem argumenti vniformitatem, in quibus inducatur crudelis Turca, omnibus Regnis inhians, h omnia cædibus implens, omnia sacra & fana profanans, & sedens cum risu multo nostrorum bellorum spectator; & tandem lassos fractosque ciuili bello, hos & illos Reges, populosque inuadens, obprimens & (vt olim Romanus) *sedendo vincens.*

h *Vide Oratorē Terra Sancta pa. 186. et 187. editionis Duacēsis.*

Certissimum esse; i *Segniùs iritare animos demissa per aures,*

Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

i *Horat. in Arte.*

Componendas autem esse Tragœdias illas Romæ primùm Latineque, deindè excusas Episcopis quoque omnibus transmittēdas, cuique exemplar vnum & alterum, vt singuli acceptas egregiè lingua suæ Diæcesis propria quamprimum vertendas, imprimendas, & populis pulchrè exhibendas, Summo Pontifice ità iubente, curent, nùnc has, nùnc illas; ad eandem scilicet incudem sæpiùs terribilibus illis malleis tundendam, id est, ad commouendum

uendum diris illis quoque spectaculis populum.

*4. Et Quoniam Imaginibus multum vim in vtramque partem esse constat, vel ex illo adolescente Terentiano, qui viso Ioue in tabula adulterante, etiàm ad ludificandam virginem est animatus, & est Catholicis in vsu, in Templis, in libellis, ad inflammandam pietatem, Hæreticis verò nonnullis in abusu, pictura & sculptura, ad creandum Pontificibus & Sacerdotibus odium; expedire quoque, vt potens aliquis sumptu suo, vel publico, iubeat pingi in tabulis, in chartis, in mappis, in tapetibus &c. incidi in æra, in ligna, insculpi, & quomodocunque exprimi, multas insolentiæ & feritatis Turcicæ imagines, & statuas, easque in omnium nationum Christiani nominis manus dispergi, ad odium gentis crudelissimæ semper maius ac maius, & hinc belli in illam gerendi amorem, instillandum.

*5. Denique, si spatio vnius atque alterius anni confici res ista tota non potest, & tamen perfici aliquandò necessarium est, commodum quóque videri, vt, quemadmodum Annibalem nouennem, aut decennem dum taxat, certè adhùc valdè puerulum, pater ad aram iurare iàm tùm iussit, perpetuum in Romanos odium & bellū, sicq; penè cum lacte, odio Romanorum imbuit, ità Christianorū liberi, Turcicę superstitionis & feritatis odio, & eius destruędæ ingenti desiderio, à teneris imbuātur; ac his quidē ferè artibus; &, pro puerorū captu puerilibus. *j. MA-

* j. MATRIBVS, Turcarum potiùs, quàm Iuporum metum paruulis suis, in fletu & insolentiâ incalcantibus.

* ij. EPISCOPIS, in collatione Sacramẽti Confirmationis maximè, Turcarum aptam mentionem facientibus.

* iij. LVDIMAGISTRIS elementarijs libellos, omni lingua, ad captum puerilem, de moribus, de barbarie, de perfidia, de odio illorum in Religionem Christianam &c. editos alphabetariæ suę Iuuẽtuti proponẽtibus, quos loco aliorũ fatuorũ libellorũ, aut historiolarũ parùm solidarum legat & ediscat.

* iiij. GRAMMATICIS Latinis, suos pueros, & Theologis suos iàm grãdiusculos, in Scholis, Orationibus, Declamationibus, Versibus, Comœdijs, Tragœdijs (& his maximè) in Turcã sæpè cõponendis, ac tandem in Vniuersitatibus, Thesibus, Impertinẽtibusque de hac re positis, exercentibus.

Sperari .n. hinc posse, Remp. Christianam tandẽ aliquãdò habiturã ardentes Duces, Milites, & Populos, in hoc bellum, tot scil. facibus inflãmatos, & quasi anticipatos, adeò *à teneris adsuescere multum est*; & Anticipationibus tàm multum tribuit Epicurus.

Vt de se Iob ait; *ab infantia creuit mecũ miseratio*; sic fore, vt liberi Christianorũ sensim discant captiuorũ sub Turca misereri, & Turcã odisse qui capit & premit.

Et vestram fidem (exclamabat Raphael) Benè per Concionatores disertos propositis à Turcâ periculis, an tàm canis, tàmque bardus

Digitized by Google

erit Christianus populus seu Catholicus, seu Hæreticus, vt non videat, Pace inter Christianos, aut saltem indutijs diuturnis; in Turcam autem bello internecino opus esse?

Romanos adhùc Ethnicos domi discordes, nunc Ardeatibus, nunc Volscis, nùnc Gallis, nunc Annibale ad portas auditis, mòx pacari potuisse, &, vel penitùs omissis, vel saltem tantisper intermissis iurgijs ciuilibus, in exterum hostem communiter ruisse; pacari non posse Christianos, cùm Turca ipsis imminere, cingere, ac penè eorum iugulis inhærere demonstrabitur! proh, pudor!

Cretenses olim, metu communis hostis imminentis, intestina odia dissimulauerint, ac tantà mòx Concordia, tanta hilaritate communibus armis in communem hostem ruerint facto (vt vocabant) Syncretismo, quasi nũquàm anteà vel verbutum quidem vllum grauius alteri cum altero intercessisset, Christiani benè lateque declamatis è suggestu suis à Turca periculis, & facta clarigatione, non coeant in *cor vnum & animam vnam*, & non in Turcam vnum omnes quasi vir vnus pugnent?

Imò verò sperandum, conclamatum tùnc passim iri in tõstrinis, in popinis, in omnibus officinis; Itane? Est *manus eius* (Turcæ) *contra omnes?* sint & *manus* nostræ *omnium contra eum.* vnum *k quæ sibi quisq; * timebit,*

*Vnius in miseri exitium conuersa * reflectet.*

Vel canes ipsos, de osse, ossâ, aut cadauere eodem

Genes.
** al. timebat.*
**al tulere.*
k Virg. 2. Æn.

eodem rixantes; cùm primùm lupum vel vident, vel odora sua vi dumtaxat olfaciunt, vel lupum inclamari audiunt, dimissa lite & cadauere, vnà in vnum lupum tanta consensione impetum facere, ac si nunquam delitigassent.

Et alicubi lectum, l Scorillum Regem Dacorum, vna eâ tantum vsum parabola, turbatas res aliquandò serenasse.

l Iulius Frõtinus li. 1. Strãtag. ca. 10.

Visum iri turpissimum hominibus, & quidem Christianis, si ad inculcatam toto anno Turcici belli necessitatem, ciuilia arma non deponent; non induent socialia in Turcam pro se, pro libertate, pro Religione.

His artibus viuere, & florere, iàm tot annos fortissimam, & hostibus suis terribilem, Heluetiorum gentem, quamlibèt religionum studijs secum differentem. Cùm enim pauci sint maleuolorum numero comparati, idcircò, quoties subaudiunt aut subodorãtur, communium hostium arma moueri, etsi inter aliquos ipsorum (vt sunt res humanæ) acerbiùs sint accensi inuicem animi, vndè & possit hostium augeri fiducia; toties velut Syncretismum faciunt, animis armisque coeunt, Catholici Protestantesque, ac sic hostem quemcunque hactenus fortissimè à finibus suis arcent ac propulsant.

Eosdem Heluetios, cùm annis superioribus adeò ob fidei potissimum negotium, discissi essent, vt bis aperto Marte, collatisque signis, se mutuo sanguine sic cruentarent, vt ipsorum

ipsorum hostes breui illam Democratiam irrí dissolutum sperarēt, posteà tamen fœdius renouasse,& arctiùs quidem quàm anteà vnquā, vt apud eos m amantium ira illæ, amoris redintegratio fuerit.

m Terent. in Andr.

Pium II. oratione quadam ad Nicolaum V. Pontif. Max. pro Friderico III. Imp. coronato, insinuare, quid possit belli Turcici mētio, ad pacem Christianorum inter se conciliandam, dùm sic loquitur; *Fortasse vnica* * *pacandi Christianos via est, conuocatio passagij. Martiales enim & feroces Europæ populi nescientes quiescere, nisi aduersus exteros prælientur, in se manus conuertunt. Qua ratione ductus olim Cato excidi Carthaginem dissuadebat: ne pacem habentes in circuitu, Romani in se ruerent. Sicut & Reges Israel, victis hostibus, mutuis concidere vulneribus. Iàm Pacem ergò vt habeant Christiani, bellum indè in exteros est transferendum.*

* al. corrupte (papandi.)

Isocratem consentire, dùm sic ait; n *Firma pace frui non possumus, nisi communi consilio, & cōiunctis viribus bellum barbaris inferamus.*

n Isocrates in Panegyrico.

Experientiam iàm abundè hoc ipsum docuisse, deq; ea o Ottonē Frisingensem sic loqui vbi refert, ad Crucis in Bauaria, vicinisq; locis, prædicationem, tempore D. Bernardi Abbatis duo maximè obseruanda contigisse; *Primum, tantam prædonum & latronum aduolasse multitudinem, vt nullus sani capitis hanc tàm subitam, quā insolitam mutationem, ex dextera excelsi prouenire non cognosceret; cognoscendo, attonita mente nō obstupesceret. Alterum, repentè sic totum fermè*

o Otto Frisingens. li. 1. de gestis Frid. Imp. c. 29. 41. & 42.

Occi-

Digitized by Google

Occidentem conticuisse, vt non solùm bella mouere, sed & arma quempiam in publico nefas haberetur.

Godefridum in Annalibus idipsum confirmare, cũ ait: Capta iterùm à Saladino Ierosolyma, & Friderico Imp. in Conuentu Maguntino (quem Curiam Iesu Christi dicebant) crucem suscipiente, *Episcopus Traiectensis, & Comes de Geldre, & multi alij, quos discordes antea nemo potuit in concordiam reducere, nullo nisi spiritu Dei mediante, ibidem inter se reconciliantur, & plurimi lati ex eis crucem sumunt.*

Expeditionem p Bulionæam etiàm effecisse, vt Princeps Boamundus iure suo cederet, & fratri suo reconciliaretur. p *Robert. Monachus hist.*

q Carionem quoque postquàm dixit, nostros tempore Henrici IV. Imp. adisse Orientem, studio fidei in Christum propagandæ, necnon colligendarum Christiani nominis reliquiarum Asia tota dispersarũ; hæc addere, notatu sanè dignissima: *Ad quam* (caussam) *accesserunt & alia, quòd huius sacræ militiæ Duces, dilacerationis & ruinæ patriæ, ex cõflictu inter se mutuo ciuium collabẽtis, spectatores amplius & adiutores esse nollent, & quòd se abrupturos intestina bella sperarent, Germania milite exhausta.* q *Carion in Chronico.*

Concilio illi beatorum Procerũ vìderi, eius omninò naturę esse bellum hoc in Turcas sacrũ, vt sine pace quidem Christianorum Principum, si nõ omnium (quod difficillimũ multi putãt) saltẽ plurimorũ, eorumq; potẽtissimo

Digitized by Google

rum, ritè confici non possit, sed idem tamen bellum, animis auribusque Christianorum diligentia serioque inculcatum, natum esse, inter ipsos pacem componere, vt Turca de se quodam modo iactare illud iure possit, *Ego faciens Pacem, & creans Bellum.*

Licere opinari, fortasse Ierosolymam, *visionem pacis*, vel *pacificam*, hoc quasi præsagio dictam olim fuisse, quòd Christianos pro se bellaturos ferè adducat ad pacem.

*SENATVS REGII CREATIONEM, id est, Regum in proprijs causis submissionem dicta mini Pontificis Maximi, Imperatoris, & aliorum aliquot Regum huc nominandorum, sic, vt quidquid deinceps auget vnum quempiam Regem, Principem, Rempub. aut etiam cogere videbitur, ad bellum aduersus alium aut Regem, aut Principem, aut Rempub. suscipiendum, arbitrio illius Regij Senatus ocyssimè ex æquo & bono definiatur, scribente vnoquoque è suo regno suam sinceram de tota aliorum lite legitimè proposita sententiam: nec antè possit Rex vllus, Princeps, aut Respub. armis aduersus vllum alium decertare, quam sit ratione, apud eum Magistratum ex Regibus, Principibusque confectum, serio disceptatum, & ab ipsis iudicatum posse aut debere huic aut illi bellum inferri.

Verbi causa. Erit (quod Deus auertat!) Rex Hispaniarum à Gallorum Rege sic offensus, vt putet bello decertandum? aut contrà, Gallus ab Hispano, Gener à Socero? Non possit nec Hispanus,

Digitized by Google

ſpanus, nec Gallus clarigare, aut bellum indicere, neque parare, neque gerere, illo Regio Magiſtratu inconſulto, aut, cùm cõſultus fuerit, bellum improbante & vetante.

Anglorum Rex erit ab Hiſpano læſus? ab alijs illis Regibus, quaſi arbitris honorarijs eius cauſa iudicetur, atque ità de cæteris.

Et quotieſcumque, & quandocumque bellum Magiſtratus ille Regius geri oportere iudicauerit, toties pro ea, & cum ea parte, quam læſam pronuntiarit, veluti pro ſe, vniuerſus militare teneatur, aduerſus partem damnatam, iuſſamque aut damna reſarcire, aut bellũ pati.

Ità, facilè clauſum iri omni Bello portas, ſed & bellorum Multitudini, à quorundam temeritate ſuſcipiendorum, & eorundem gerendorum ac ducendorum Prolixitati, ab partis ſcilicet damnatæ & deſertæ tùnc mira impotentia ob ſolitatem, & potentia partis probatæ, atque innocentis, ob cæterorum Regum Societatem.

Nè Hercules quidem contra duos.

Nàm quidni (aiebant Heroes iàm beati, aliter in cœlo docti, quàm ſaperent in hoc mũdo) arbitrijs multorum Regum, Rex vnus ſubmittatur?

*j. REGES enim quoque poſſe (nam homines etiàm ipſos eſſe) in cauſis ſuis cæcutire.

* ij. ET DE REGIBVS quoque iſtam eſſe Regulam, *Nemo debet iudex ſedere in cauſſa propria.*

Digitized by Google

*iij. VNIVS REGNI incolas non videri magis teneri subesse Iudicibus aliquibus eiusdem regni, quàm Reges Christianos, regni Christi ciues, pati & admittere Iudices Reges, etiàm Christianos, vel certè Regni Christi Regem Pontificem Maximum.

*iv. TAM DIGNOS esse Reges à Regibus nominatos aut à Pontifice, qui iudicent de socijs Regibus cùm dissident, quàm ciues, vt de socijs ciuibus censeant.

*v. ET, SI BELLVM habet speciem quandam Iustitiæ, reddentis cuiq; quod suum est; aut, si ad punitionem alterius vel Regis, vel Reipub. non suæ, imò aliquandò & suæ delinquentis, ordinatur: (*ad vindictam enim malefactorum Rex gladium portat*:) pars autem quęuis aduersa, seu Rex alius, seu externa Respubl. seu etiam propria, dicere potest idem esse suum, quod Rex negat; & infitiari deliquisse, Rege aduerso aliter contestante; nec habet imperium par in parem, Rex in Regem; nec Iurisdictionem Rex in regnum alienum, id est Ecclesiam, quæ nullius omninò Laici Regis est, sed Petri est, sed Pontificis Maximi est, sed Regnum Sacerdotale est, & regale Sacerdotium; adparere, iustum omninò esse, vt nemo ex Regibus (Christianis certè) antè bellum alteri Regi Christiano indicat, aut gerere incipiat, quàm Magistratus aliquis Regius, vel tertius aliquis, aut Iudex aut Arbiter dignus vnus vel plures, isque æquus, & in neutram partem magis vergens, à Pontifice nominatus,

Digitized by Google

tur aut communiter creatus, ab vtra parte stet ius, maturè censuerit.

Peti ante bella oporteat vel à Petro, ab illo Regio Magistratu: *Si percutimus in gladio?*

* vj. CHRISTIANORVM quorumcunque esse cum Christianis litigantium, omnia priùs consilio, quàm armis experiri.

q *Iniquitas quidem partis aduersæ iusta bella ingerit gerenda, imò necessaria*; at non iniquitas, quam pars aduersa, talem esse, sed quam Iudex legitimus talem censeat. qD. *Aug. li.* 19. *Ciu. c.* 7.

Qua, aut à quo Rege stet iniquitas, videri neutrius esse litigantium censere, cùm vtrique æquè contingat in propria causa aut cæcutire, aut lippire.

Deinde; vt non contingat cæcutire, videri tamen satis incongruum, vt in Christianismo Rex Regem arbitrio suo, non alicuius Regij ex pluribus Regibus conflati Magistratus sententia, bello illato puniat, cùm paris in parè non sit imperium.

Neque explodendam videri eorum sententiam, qui tam sacram Regum Maiestatem putent, vt Regem iniudicatum atque indemnatum seu bello appetere, tàm Regibus ipsis, quàm priuatis, sit nefas.

Iudicium autem illud atque damnationem Regis, non ab alio Rege aut eius Consultoribus legitimè fieri, quia sunt pars aduersa, sed ab alio aliquo tertio, hoc scilicet Regio Magistratu, saltem inter Reges Christianos.

Digitized by Google

Cur enim debeat priuatus læsus, & quidem iniuria manifestaria, iure, non armis cum priuato disceptare, in regno Regis sui; potiùs quàm Rex cum Rege, si ambo sunt in regno Iesu Christi, quod est Ecclesiâ, non Reges illius, sed Reges in illo, & sub Rege illius Summo scilicet Pontifice?

Nàm si Ioannes, respectu Regis huius aut istius, priuatus est, & ad Regem, vt Iudicem, necessariò recurrere illi incumbit, cum violatus est, etàm Regem quemlibet Christianum, respectu regni Christi, totius Ecclesiæ Christianæ, & Romani Pontificis, quasi priuatum videri etsi ex priuatorum nobilissimis est atque primoribus, adeò vt ipsi ad eum, vt Iudicem, quoque recurrendum, & apud eum, definiendis suis, cum alio Rege etiàm Christiano, litibus, iure experiendum esse meritò videatur.

2. Cor. 6. Illud Paulinum, *Iàm quidem omninò delictũ est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis?* etiàm ad Reges pertinere.

Quale ergò Christianorum Regum delictum, non Iudicia modò, sed etiam bella internecina inter se habere; & quidem ante Iudicia, vel saltem Pontificis, vel aliorum Regũ Rerumpublicarumque arbitramenta?

1 Guliel. Bellayus orat. pro Ioanne. Ad illam alicuius Christiani, maximi sanè Principis, vocem, qua dixit; 1 *De iure Regni, non disputatione, sed armis disceptandum, aut iudicandum;* Ferrum, Cœlumque stupere.

Vel

Digitized by Google

Vel nùnc tandem tempus esse seriò ac diligenter persuadendi Regibus Christianis, ius ipsis non esse, aut certè ipsos maximè dedecere, sine vel Iudicis omnium, Pontificis Maximi sententia, vel aliorum aliquot Regum, aut Magnorum arbitrorum hùc constitutorum adprobatione, clarigare, & bella indicere inuicem, & inferre; quòd quolibet cuiuslibet Regis aut Reipub. bello, tàm grauiter turbetur Christianitas vniuersa, & regnũ interim Christi, Regum inter se delirijs & iurgijs, adeò per Turcam accidatur.

Tempus Reges hortandi atque exorandi, vt ius gladij & belli saltem in Reges exteros, exterosque populos, qui Christiana professione censentur, mutuò compromisso simul omnes & singuli apud Pontificem summũ vt Regem regni Christi & Ecclesiæ totius, vel apud Magistratum illum Regium (de quo nunc sermo) sponte abdicare ac deponere Christi amore dignentur, vti olim Dauid gladium, deiecti Goliathæ spolium, templo Domini adfixit, vt deinceps nulla bella inter Christianos gerãtur, nisi, instar Dauidis, recepto à Summo Sacerdote aduersus vim Saulis eodem gladio Goliathæ, id est data à Pontifice Romano, vel ab illo Magistratu ex Regibus confecto, bellandi licentia. *Lib. Reg.*

Certè olim in more positum fuisse, vt milites de altari & manu Sacerdotis Sacratos enses acciperent.

Digitized by Google

Optandum, licere soli Pontifici Max. aut illi Magistratui ex Regibus conflato, dicere huic aut illi, seu Regi seu Reipub. cum in exteros Christianos quoque, vel iam bella gerit, vel gerere vult; *Mitte gladium tuum in vaginam*; aut exere.

Et; *finite hos abire*, aut non abire.

Act. 7. Et; *Viri fratres estis, vt quid nocetis alterutrum?*

f Virgil. 4. Æneid. f *Quam tu vrbem soror, hanc cernas! quæ surgere regna.*

Coniugio tali, tali Regum conspiratione!

Punica se quantis adtollat gloria rebus! De Turca iàm iàm actum sit.

Responsanti verò mihi { 1. *Reges non cogendos in ordinem*; 2. *Reges esse supra leges*; 3. *Iniustitatum esse quod proponebatur*;

Visum sic responsum fuisse, ad primum & secundum simùl hoc modo.

*j. Non Esse Reges supra leges Numinis, Naturæ, rectæ Rationis, Reip. eius, cuius ipsi tàntùm sint ciues; sed supra suas tantùm, aut certè à paribus constitutas, quam quàm etiàm aliquorum sensu ægrè supra suas.

t Apud Ausonium in Pythacum sententijs. t Pythacum iàm olim ità sanxisse; *Pareto legi, quisquis legem, sanxeris.*

u Claudi. u *In commune iubes si quid, censeque tenendum,*
Primus iussa subi, tunc obseruantior æqui
Fit populus, nec ferre vetat, quòd viderit ipsum
Autorem parere sibi.

Digitized by Google

x *Sic agitur Censura, & sic exempla parantur,*
Cum Iudex alios quod monet, ipse facit. x Ouid. lib. 6. Fast.

Sed Naturam, rectam Rationem, ac Numē velle omnes publico bono magis studere, quā suo: esse autem quod proponitur publicum Christianismi, bonum. Ergò

* iij. DEINDE; vt Reges, respectu Reipub. cui præsident, vt suorum subditorum, Iudicem fortè nullum habeant; tamen quà Christiani sunt & ipsi, ac ciues ciuitatis Dei, & Regni Christi, id est, Ecclesiæ filij; hàc legibus atque imperio Regis illius Regni, id est, Regis sacrorum summi Pontificis subesse in caussa Sacrorum, instar cæterorum. Itaque non in ordinem eos cogi nouo hoc consilio; sed relictos suo iuri in subditos, admoneri, etiàm suo superiori, quà Christiani sunt, reddere quod suum est, & *quæ sunt Dei Deo.*

Licere illis liberos esse in rebus regni ac fori dumtaxat sui.

Quis vectorum in naui aliena etsi Rex sit, non subest Nauarchi legibus, quà leges illæ nauis ipsius, & vectorum salutem spectant?

* AD TERTIVM verò, negatiuè.

* j. GRAECOS enim Romanosque, res nonnunquàm suas, arbitrio alicuius tertij cōmisisse.

De Fecialibus Romanorū alicubi sic legi, y *Fecialibus prohibētibus, iniussune eorū, neq; militi fas erat, neq; Regi Romanorū arma mouere: sed oportebat Principē ab his belli initio, tanquàm iusti,* y Plut. to. 1. vitarū in Numa.

acce-

accepto, prætereà considerare, quid facto vsus esset. Fama etiàm tenet, Gallicam calamitatẽ Romæ accidisse, Fecialium iure violato.

a *Liuius li. 7 belli Punici.*

Adhibitum fuisse ab a Aetolis, ex finitimis pacificatorem Aminandrum.

Quum esset controuersia, inter Calydomos & Eleos, vtrosque rem ad arbitrium Bunę Athenienſis detulisse. Conueniſſe quoque, vt à manibus temperarent, donec ille de negotio pronuntiasset.

b *Autor Mnasias apud Zenodotum. Et Brasonius lib. 3. Facet c. 19*

Itaque Bunam, b cùm id sensisset, audisse quidem de industria vtramque partem; cæterum, per fictas occasiones, rem in longum distulisse; nec vnquàm de lite pronuntiare voluisse.

Theopompum ipsum, Spartanorum Regem spontè instituisse, vt Ephori Lacedæmone crearentur, ità quidem regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ Consulari imperio Tribuni plebis erant, qui imperijs Regũ nimiùm austeris coercendis intenti, adcurabant, ne populus Regum Tyrannide vexaretur.

c *Ex epist. Philippi Macedonis ad S. P. Q. Athenienses*

c Thasios & Maronitas litem de Stryme, disceptatione finire coactos ab Athenienſibus.

d *Fenestella de Magistratib. Rom. c. 17 seu Andr. Domin. Mocum.*

Censuram quoque Romæ d *eò peruenisse, vt morum disciplinæq; Romani Senatus, Equitumq; regimen, decoris dedecorisque discrimen, sub eius ditione Magistratus .... essent. In Senatum allegere, Senatus Principem describere .... quos putassent parum dignos, Senatu amouere auderent, &c.*

Quem-

Digitized by Google

[d] Quemdam ex Franciæ Regibus, cauſſam filij de Ducatu Burgundiæ, aduerſus tenuis fortunæ hoſpitem, qui ſuum eſſe Ducatum illum cauſabatur, vel iudicio Parium Franciæ ſubieciſſe, & cauſa cadentem iudicio eorum ſtetiſſe. [d] *Ex epiſt. quadam Galli ad Germanũ edita.*

[e] Litem Vlyſſis atque Aiacis, de armis Achillis, reliquos exercitus Duces definiuiſſe. [e] *Homer.*

Et *Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat.* *Pſal.*

*ij. Sed Nec pudere Deum ipſum Opt. Max. ſua facta hominum iudicijs aliquandò ſubmittere: *Reduc me* (ait Dominus pop. ſuo) *in memoriam, & iudicemur ſimul: narra ſi quid habes vt iuſtificeris.* *Iſai. 43.*

Venite, arguite me, dicit Dominus.

Quis ex vobis arguet me de peccato? aiebat Chriſtus. *Iſai.*

Vt iuſtificeris, & vincas cùm iudicaris. *Pſal. 50.*

*iij. Si Olim quidam primam illam inermem, atque pacificam Petri ſedem, & regalis Sacerdotis thronum, qui à nemine iudicatur (vt Sinueſſani Concilij Patres ad Marcellinum aiebant) in ordinem ferè ſimilem redigere voluerunt: mirum non eſſe, ad publicam Eccleſiæ pacem, à Laicis poteſtatibus ſingulis, in ſubſellijs, & quaſi ſcabello pedum eiuſdem ſedis ſedentibus, ob pleroſque ad bella nimium propenſos, iſtam ſubmiſſionem deſiderari.

*iv. Si

*iiij. SI IN ARTICVLIS electionis Sanctissimi D. N. Leonis X. reperitur: *Promittet, quòd nulli Regi, Principi, Domino aut Communitati non subditis, mouebit bellum, aut ligam cum eis faciet, ad inferendum alicui querimoniã, sine cõsensu expresso duarum ex tribus partibus Cardinaliũ, præstando per ballotas vt infrà:* Quo iure aũt, quaue iniuria, id sit à Põtifice petitũ, non nũnc disputari, neq; an Põtifex promiserit, aut promittere debuerit nec ne; &, si promisit an stare promisso debuerit, nũnc non inquiri, sed dũtaxat referri, sic beatos Proceres à maiori ad minùs arguisse; si inuẽti sunt, qui Pontificis Max. latissimã potentiã sic arctari quo ad bella, Reipubl. Christianæ iudicarint salutare; ferendũ quoq; videri, si quis, etiã Regi cuiusq; ius gladij bellici in exteros & non subditos, putet aliqua Regij Magistratus cẽsura dirigendũ? aut à Regibus ipsis, abdicationẽ illius iuris, studio communis Pacis Christianorũ inter se, & ad cõmunem ipsorũ omniũ hostẽ Turcã faciliùs obprimẽdũ, vel certè reprimendũ, spontè præstandã, saltẽ tantisper dùm canatur receptui ex Turcico illo bello?

*5. DENIQVE, si Cardinales in Ecclesiastica Hierarchia, nõ sũt minoris, quã Reges in Laica Repub. nõ possit aũt, vel nõ soleat Cardinalis vnus quispiã, in Cardinalẽ alterũ, aut Principẽ aliquẽ secularẽ armis expetere, Põtifice incõsulto aut refragãte; cùr Rex murorum, in alium Regem Christianũ, fratrem & parẽ suũ, bellũ mouere antè ausit, quã vel Iuus Imperator,

Digitized by Google

tor, vel Pontifex Max. vel ille, qui hic optatur, meris Regibus aut Regũ Legatis constans Magistratus, bellum geri posse decreuerit?

Ergò in hoc articulo, velut in maximo publicæ Christianorum Pacis cardine, multùm diuq; examinando, inculcandoque illi versandum, cui incumbit *solicitudo omnium Ecclesiarum.*

Fore per magnum huius operę precium Sedi ipsi Apostolicę, Ecclesię, Regibus omnibus, Populis & linguis; Turcæ verò ipsi *omnium terribilium terribilissimum.*

Aliquid de suo iure, aut gloria aliquandò cedendum, in gratiam Christi & Dei.

Vectores decere, loco cedere, moueri, stare, sedere, iacere, tacere, etiã remigare, ità vrgente tempestate, pro Nauarchi arbitrio, ne fortè nauis tota mergatur.

f *Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.* f *Virgil. 1. Æneid.*

Themistoclem eiusmodi cessione, & salutẽ Græcis omnibus, & Athenienſibus suis animi moderationis gloriam ingentem aliquandò peperisse.

Cùm enim, Medico bello, Græci imperiũ Lacedęmonijs & Eurybiadi deferrẽt, Atheniẽses aũt, quia numero nauiũ reliquos simul oẽs superabãt, aliorũ ductu bellare recusarẽt: Themistocles conspicatas, quòd ea ex dissensione periculũ impenderet, cũ ipse Eurybiadi imperium cõcessit, tùm Athenienses placauit oratione, promittens fore, vt si se viros strenuos in bello pręstarent, posthàc vltrò Græci ipsorũ dicto

Digitized by Google

dicto audientes se præberent. g *Quamobrem existimatum est, Græciæ salutem istum vnicam causam fuisse, & qui præsertim hanc famam Atheniensibus conciliarit, fortitudine ab ijs hostes; animi moderatione, socios victos fuisse.*

g Plut. to. 1 vit. in Themistocle.

Hic *Cedendo, victor abibit* vnusquisq; Turca scilicet æterna ruina indè prostrato.

* 3. STATIONEM IMPERIORVM, & Principatuum, id est, vt h quidam scripsit: *Inuenienda est ratio, qua fiat, ne toties mutentur, ac velut obambulent imperia, quòd omnis rerum nouatio tumultum gignat, tumultus bellum. Id facilè fieri, si Regum liberi intrà ditionis fines elocentur, aut si quem libeat finitimis adiungere, spes omnibus successionis præcisa esto. Nec fas sit Principi, ditionis portionem vllam vendere, aut alienare, perindè quasi priuata sint prædia, liberæ ciuitates .... Nunc huiusmodi Matrimoniorum vicibus fit, vt apud Hybernos natus repentè imperet Indis, aut qui modò Syris imperabat, subitò Rex sit Italiæ. Fitque vt neutra regio Principem habeat, dùm priorem relinquit, & posteriore non agnoscitur, nimirùm ignotus alioque mundo natus. Atque interim dùm illud parit, dùm euincit, dùm stabilit, alterum exhaurit proteritque, nonnunquàm amittit vtrumque, dùm vtrumque complecti studet, vix alteri administrando idoneus.*

h Erasm. in Querimonia Pacis.

i *Semel inter Principes conueniat, quid quisq; debeat administrare, ac ditionis fines semel datos nulla proferat aut contrahat affinitas, nulla conuellant fœdera. Ità suam quisq; portionem enitetur, quàm potest ornatissimam reddere.*

i Erasm. ibid.

Ma-

Digitized by Google

Matrimonia itaque cum exteris deinceps si fient, fieri oportere vel ad amicitias ineundas, vel ad Paces perficiendas, vel fouendas; vel ad stirpem ex Regum stirpe continuandam, non ad propagandam ditionem.

Si fient cum domesticis, & ipsius regni clientibus; oportere fieri, ad nobilitatem Regni, quodam velut regij sanguinis adtactu, multiplicandam, & ad arctiorem subditorum beneuolentiam, per nuptias conciliandam.

Si exteris, per nuptias, nihil in externo Regno sperare licebit, deficiente hærede indigena, tùm vel ad indigenas solos electionem capitis, & quidem indigenæ, vel creationem Principis noui ex ipsis etiàm necessariò indigenis, ad Pontificem Max. atq; Imperatorem communiter reuersuram.

*4. Scisci tationem Curiosam, seu scrutinium ex omnibus Christianismi vniuersi Academijs, iussis suas de vijs Pacis publicæ dicere sententias, & ad Pontificem per literas transmittere, vt is ex omnibus delectum faciat optimarum.

k Erasmum scitissimè iàm olim monuisse, primò fontes toties repullulantis mali quæredos; & post aliquot alias Pacis vias ibi notatas, addere; *ad fontes mali sciendos, & quæ mutanda, euocandos è singulis regionibus viros incorruptos, graues, mansuetos, gratiosos, sedatos affectibus.*

k *Erasm. li. 18. epp. ep. ad Adrianum Sextum pag. 580.*

Olim quoque à Germano quopiam viro egregiè docto, Rudolphum I. Cæsarem

Digitized by Google

Aug. Rom. Imp. sic admonitum: *Videtur huiusmodi instituenda via atque ratio. Comparanda sunt decies tria paria, hoc est sexaginta viri, bini nobiles, bini Theologi, bini Iurisconsulti, quorum seni seorsim consultent, decemq; constituantur ex senis siue tribus paribus deliberationes. Hi seni septimum sibi in singulis deliberationibus aduocent, vt tota ista praeconsultatio ex 70. sit confecta viris, sed bini ex eo genere hominum sint, qui cùm diuersas partes sequantur, videant tamen in vtraque parte quae probari non possint, aut quae alteri parti sint cōcedēda in Iure, in Doctrina, in Moribus. Tertius autē in singulis decem deliberationibus vir bonus, castus, literatus, qui propè omnia profunda aut tolerāda putet, quae in Pontificatu & Concilio Tridentino sunt decreta; quaecunq; verò deliberata habebunt, ea scripta ad Maiestatē tuam referant decem voluminibus. Tot enim constituimus deliberationes, qua Septemuirorum decreta nominentur, vt Maiestas tua adhibito consilio recognoscat, & cum Electoribus & Principibus, quibus velit, communicet.*

In Iureiurando etiàm ponatur, neminī, nisi Caesari scriptas sententias, neq; propalā neq; clàm, neq; legendi quoq; copiam facere, neque qui in diuersis locis deliberant Septemuiros, ad alios Septemuiros quosuis mittere, antequā à Caesare decem volumina cognita sint, antequā etiā Caesar statuerit quomodo & quibus cōmunicanda forent, tota re cū Electoribus & Principibus, quibus velit, deliberata.

Si enim omnes idem de cem Septemuiri sentiēt, magnū & diuinū bonū, & certum Concordiae & fa-

licitatis

scitatis auguriū: sin diuersa, quàm ea diuersa sint, sentiet Cæsar, sentient Electores & Principes: & videri poterunt quomodò ea publica saluti queant conciliari.

Aut enim verbis inter se consentient, etiàm si re inter ipsos non conueniat, aut ità reipsa dissentient, vt aut maior aut melior pars superet, quarum alterutra pars ab altera posſit emendari, si ad ipsos decreta remittantur, & altera pars alterius cognôrit rationes atque sententias.

Cùm scripti singulis decem Septemuirorū, mittantur singuli maximè idonei ex suo Septemuiratu ad Cæsarem, qui eum & Principes doceant de tota disceptatione, de causis diuersarum sententiarum, cuiusmodi homines inter se dissenserint.

Conducibile etiā esset, decies hæc exēplaria descripta singulis Decurionibus Septemuirorum dare, vt ad suos referāt, & cuiq; cognitis aliorū rationib. potestas detur emēdandi, in quo sese errasse sētient.

Septēuiris, antequā conueniant, dētur tres mēses, quib. secùm quisq; cogitet, secū cōmentetur, sibi scribat, sibi ab alijs accipiat, ad causam pertinētia.

Tres rursùs mēses habeāt, ad deliberandū, post remissa decem exemplaria Septēuirorū, vt anno vno perficiatur omnis consultatio.

Facta recognitione à Septemuiris, tùm ad Nationale Concilium cognoscenda, emendanda, decernenda referantur.

Sed vbi vir iste bonus Imperatorem solum nominat, videri nominandū quoq; fuisse, & maximè quidem Pontificem Max. & vbi ille Electores tantū, nominādos quoq; fuisse pur-

Digitized by Google

puratos & galeratos Cardinales, ac sic consilium illud Germani illius, ad Pacem publicam reperiendam, aptissimum.

*VIDERI quoque non vanum fore, ante illam Septemuirorum consultationem, præcipere vrbibus, imò & Pagis quoque turbatiorum Prouinciarũ omnibus, vt comitiola quædam indicant & inter se habeant, & sententias suas de vijs Pacis liberè dicant, quas literis sigillatis inclusas ad illos Septẽuiros tãdem transmittant, non quasi præiudicia, sed vt plurimorum arbitria, & quasi perfecti operis futuri quædam semina ac materiam primam, sanctèque ante omnia populis iuretur, nemini, nec publicè nec priuatim, nec directè nec obliquè, fraudi aut damno futurum, liberè sententiam dixisse, aut scripsisse.

Fore hoc quandam tantùm προβούλευμα, id est Præconsultationem, quæ non plus sit autoritatis habitura, quàm quantum Septemuiri dabunt, qui

Non ponent plebis rumores ante salutem.

*j. NEMINEM enim prudentem, vnquàm omninò populi opinionem, ac iudicium contemsisse.

Vocem populi, vocem Dei esse non frustrà prouerbio iactatum.

Matt. 11. *Deum quædam* arcana *abscondisse à sapientibus & prudentibus, & reuelasse ea paruulis.*

Infirma mundi sæpè in maximis rebus *eligere, vt fortia quæq; confundat.*

1 Aristophanes in Nubibus. 1 *Multos interdùm & consilio, & calamo, & lin-*

Digitized by Google

lingua pugnare posse.

m Domi esse nonnullos, qui exercitum ducunt. m Liuius

* ij. Ex Poetis illos olim laudatos, qui populi adprobatione, agendis fabulis, placerent.

Ex Pictoribus Apellem commendari, quòd post tabulas latitans, admonitus vel à sutore, Veneris suæ crepidas dignatus sit emendare.

Aristotelem, D. n Augustinum, & Petrum Posardum sensisse, eloquentiam perfici, frequentandis etiàm vilissimorum artificum officinis. n D. Aug. de doct. Christ. o Ronsardus in arte Poetica

* iij Morbo aliquo desperato, etiá pueros Medicorum, & deliras vetulas audiri, & quidem sæpè non frustrà. Res autem Christianismi nunc esse desperatissimas.

* iiij. In Tempestate maxima, quemuis vectorem audiri, dùm

p Rector in incerto est, nec quid fugiatue petatue inuenit. p Ouid. li. 1. Trist.

* 5. Apud q Lacones tantisper dùm decernitur, quemuis pro animi sui sententia consulere. q Demost. Exord. 39.

Ex oratione r Demosthenis de corona, non semel adparere, Rempub. Athenienſium in calamitatibus, publicè quid expediret, deliberandum proposuisse, præconisque voce interrogasse; Si quis habere concionem vellet. r Demost. contra Æschinē. s Nicol. Pap. in c. Vbipam 96. dist.

* vj. Sancitvm qvè iàm olim, s quod tangit omnes, ab omnibus debere adprobari. t Machiauellus in Dedicato

Vel t Machiauelli ipsius sensu, popellum melius videre, quid deceat Principem, quàm

Digitized by Google

v Principis sui ad Laurentium Medicum.

Principem ipsum: & contrà, Principem meliùs de populi officijs censere, quàm populum, vti montes meliùs ex vallibus, & valles ex mõtib⁹ omnes contemplantur.

u Persius.

u *Precedentis spectatur mantica tergo*, nõ sua cuique, vt & alterius gibbus.

Festucam in oculo fratris videre, qui nec trabem videat in suo.

* vij. DENIQVE, ferè qui miseriores sunt, meliùs solere consulere, extundente scilicet ipsis artes & consilia necessitate.

x Persius.

Necessitatẽ enim artes inuenire, & x *vetrem ingenij esse largitorem.*

y Demost. orat. 49.

y *Quod calamitosi rectiùs, quàm fortunati, suis rebus consulant, fieri, quòd hi neq; formident quidquam: nec si quispiam pericula commemoret, ea ad se pertinere putent: illos recentem adhùc erratorũ memoriam, quando in clades inciderunt, prudẽtes ad cætera & moderatos efficere.*

* viij. VNAM ancillulam, cui nomen erat vel Philotis vel Tutela, matrõnis omnib. Romanis, consilio suo olim, & pudicitiam, & libertatem iàm iàm hosti propinandam, conseruasse, indeque apud Romanos Nonis Iulijs festum ancillarum meruisse.

z Macrob. lib. 1. Saturn. c. 11.

z *Nam post vrbem captã, cùm sedatus esset Gallicus motus: res verò publica esset ad tenue deducta finitimi opportunitatem inuadendi Romani nominis aucupati præfecerunt sibi Posthumium Liuium Fidenatium Dictatorem. Qui mandatis ad Senatum missis, postulauit: vt si vellent reliquias suæ ciuitatis manere, matres familias sibi & virgines dederen-*

ventur. Cumq; Patres essent in ancipiti deliberatione suspensi: ancilla nomine Tutela, seu Philotis pollicita est, se cum cæteris ancillis sub nomine Dominarum ad hostes ituram: habituque matrumfamilias, & virginum sumpto, hostibus, cum prosequentium lacrymis ad fidem doloris, ingestæ sunt. Quæ cùm à Liuio in castris distributæ fuissent, viros plurimo vino prouocauerunt, diem festum apud se esse simulantes. Quibus soporatis, ex arbore caprifico, quæ castris erat proxima, signum Romanis dederunt, qui cùm repentina incursione superassent: memor beneficij senatus omnes ancillas manu iussit emitti, dotemq; eis ex publico fecit: & ornatum, quo tùnc erant vsæ gestare concessit.... sacrificiumq; statuit annua solennitate celebrandum.

Simili ferè stratagemate (vt est in rusticorũ fabulis) Abbatem nescio quem, ad tria solutu difficillima respondere iussum, consilijque inopem, molitoris sui Abbatẽ induti suasu astuque tendiculus euasisse. (*na loqui.*

Molitorem atq; *Olitorem interdùm opportu-*

Etiam asinam loquentem, Balaamo, & Prophetæ & Domino suo saluti fuisse. *Num.*

* 5. PROVOCATIONEM ad miracula singula, de singulis articulis religionis cõtrouersis. sic vt Catholicus dicat Hæretico, *Volumus à te signum videre*, &, *Pete tibi* à Catholicis *signum, siue in excelsum supra &c.*

Quicunq; articulus cõtrouersus, miraculo (quodcũq; & qualecũq; aduersari⁹ postularit) fuerit ab altera parte cõfirmatus, de eo cõueniat inter partes, nunquàm ampliùs de eo liti-

Digitized by Google

tigari, pœna capitis aut ignis, aut alia graui cuicunque litigaturo vtrimque proposita, communi partium consensu.

3. Regg. * j. QVI DNI? Eliam enim sic, excito è cælo igni in holocaustum benè madefactum, litem de vero & falso Deo diremisse.

Iterùm atque iterum, se hominem Dei esse, plus satis probasse, duobus Quinquagenarijs Regis cum suis, sic igne cœlitùs euocato, repentè consumtis, Dixisse enim: *Si homo Dei sum,*

3. Regg. *descendat ignis de cœlo, & deuoret te & 50. tuos.*, quasi rem aliis dubiam miraculo totam committendo.

Matt. 4. *ij. VEL SATANAM ità suum de Christi diuinitate dubium solui expetisse, cùm ipsi Christo, post Ieiunium 40. dierum, in deserto esurienti, dixit: *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant*; & iterùm; *Si filius Dei es, mitte te deorsum.*

aD. Bona. in eius vita. * iij. D. FRANCISCVM apud Sultanum, voluisse medios ignes, prouocatis ad paria Mahumetanis Sacerdotibus, transire, ad veritatem suæ Religionis, à falsitate Saracenicæ superstitionis, discernendam, ac confirmandam.

Et: cùm F. Helias, cum pluribus Ministris, ad D. Franciscũ, in monte consortio sermonis Dei suauiter fruẽtem, de Regulæ quasi immoderato rigore quererentur, ab eodem pacatos fuisse Christo ex aere, de Regulę optimo temperamento, omnibus audientibus, ità respondente, vt dici posset illud Exodi, *Omnis populus vide-*

videbat voces, atque indè D. Franciscum, ad fratres conuersum, dixisse, *Audisti? audisti? vultis faciam iterùm vobis dici?* eaque vna re omnibus, de Regulæ rigore solicitis, satisfecisse.

Franciscanum quendam Obseruantinum, S. Theologiæ Doctorem, & Parisijs Lectorē, Gryphium nomine, cùm in Terra-Sancta peregrinus factus, & habitans in Conuentu Mōtis Libani, Maronitas, partim Schismaticos, partim hæreticos, sub iugum fidei ac Romanæ Ecclesiæ, concionibus suis ardentissimis, reduxisset; gentis autem illius princeps concionesque eius irrideret, talem cum ipso habuisse orationem: *Si tibi solem, qui nùnc in Occidente est, in Orientem iàm iàm retorsero, credes in Dominum Iesum Christum, ad instar Ecclesiæ Romanæ?* assentienteque illo cum alijs nonnullis, *virum Dei oratione ad Deum facta, per intercessionem B. Mariæ Matris-Virginis, cuius tùm Assumptionis dies celebrabatur, solem iàm ad Occasum vergentē repentè in Orientem reflexisse, ac deindè ad Orientem quasi habenu reduxisse*, itaque Maronitarum gubernatorem illum, eo miraculo victum, sese cum suis Christo Ecclesiæque Romanæ, baptismo suscepto, dedidisse, reique eius memoriam Christianos, Montis Libani incolas, quotannis maxima solennitate celebrare.

b *F. Mart. ab Vlyssipona, parte 3. Chronicorum Ord. D. Francisci, li. 3 ca. 38. pag. 219.*

Synesium, Episcopum Cirenensem, recepta à mortuo Euagrio, Philosopho à se quōdàm conuerso & baptizato, sua cautione, quàm viuenti dederat, affirmans Christum illi in al-

c *Sophro. prati spiritualis c. 195.*

Digitized by Google

tera vita aurum datum in pauperum vsus redditurum; superstites multos in fide Resurrectionis mortuorum, & bonorum operum in altera vita retributionis, confirmasse.

Hist. Eccles. trip. lib. 7. c. 3.

Melitium quemdam, circa tempora Nazianzeni, hominem mansuetissimũ, sic benignè atque suauiter Paulino cuidam, homini aliter de fide, quàm ipse, sentienti, dixisse; [d] *Quoniam & mihi harum ouium curam commisit Dominus, & tibi similiter aliarum, suscipe hanc solicitudinem, & communicemus inter nos sub dogmate Pietatis. Iũgamus amice greges, & soluamus de Præsulatu contentionem: communiter pascentes oues, curam eis communiter exhibeamus. Si autem de sede certamen est, ego etiam hanc contentionem conabor dissoluere. In sede sacrum ponatur Euangelium, & ex vtrag̃ parte nos sedeamus. Et si quidem prius ego finem vitæ suscepero, solus eris Antistes, si verò hoc tibi prius euenerit, ego rursus gregis habebo curam.*

[e] Lact. div. Inst. Ouid. lib. Fast.

Et Vestalem quampiam Romanam (Claudiam dicunt aliqui) vt Romanis fidem pudicitiæ suæ illibatæ (quæ ab ornatu corporis nimio cum primis dubia esse cœperat) faceret, zona, qua succingebatur, recincta, & ad nauim nullâ vi mobilem adligata, digitulo, quò voluit, traxisse.

Fide enim tàm certa, quæ credimus, credenda esse, vt, cùm res ità exiget, non sit de miraculis quibuslibet diuinitùs obtinendis ad eam cõfirmandam, etsi montes transferri quis iubeat, desperandum.

Signa

Signa eos qui crediderint, hæc sequentur, In nomine meo Dæmonia ejicient, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.

Hùc diuinitùs inuenta esse miracula, vndè & illud, *illi autem prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Marci vl.

Si non crediderint tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. Exod. 4.

Vel Hæreticos ipsos, nouos veteresq; aliquandò tentasse suas hæreses hoc modo confirmare, etsi infelicissimè, cũ hi ex videntibus cęcos illi ex viuis mortuos effecissent.

*Et Qvoniam Hæretici blasphemant, signa quædam à Dœmone posse fieri, ad confirmationẽ alicuius Idolatriæ, & falsi in Ecclesia dogmatis, ad maiorem euidentiam posse offerri miraculum, quodcunque petierint, in confirmationem nõ vnius huius aut illius dogmatis, sed huius thesis; *Ecclesiam Romanam*, *esse veram Ecclesiam, nec vsquàm in fide errare, cæteras verò ab illa falsas, ac spurias, & deserendas.*

Non esse hoc tentare Deum, rebus nùnc tã desperatis, & tot iàm vijs ad Pacem alijs antè frustrà tentatis.

Si tempus Miraculorum est, cùm Fides plãtatur, esse etiàm tùm quoq; eorundem tẽpus, cùm eadem quasi de morte, vt planta non satis irrigata (vt sic dicere liceat) periclitatur.

Et hæc nùnc quidem Proceres illos beatos, de vijs publicæ Pacis dixisse.

Iam-

Iamque tempus esse de Pacibus istis cogitãdi, saltem in illis olim tàm beatis Europę vallibus, quadragenario iàm bello adtritis.

*i. QVOD TAM DIVTVRNA, & tàm irrita belli ciuilis continuatione, periculum magnum sit, ne in multum virtus Catholicorum contemtum veniat, quasi vincere nõ possint, aut in suspicionem alicuius mysterij Politici, quasi vincere nondùm velint.

f Senec. f *Vt tardè dare, nolentis est*, sic potẽtiorẽ diu pugnare, nec satis promouere, videri nolentis vincere.

g Liuius li. 5. Dec. 1. g Appium Claudium ad pop. de bello continuando, præclarè dixisse: *Aut non suscipi bella oportuit, aut geri pro dignitate pop. Romani, & perfici quam primùm oportet.*

Iunonem Reginam, quamuis mulierem, tamen subolfeciße, ex bellandi illa diuturnitate, non consequente victoria, nasci contemtum sui:

h *Vna, inquit, cum gente tot annos*
f Virgil. 1. Aneid. *Bella gero, & quisquam numen Iunonis adorat?*

*j. ANIMOS indè hostibus crescere, sibique victores iàm videri, aut cùm volent, esse posse.

*ij. VICINOS quoque acui indè posse, ad insultandum.

Caligulam aliquem ignauum nasci ac surgere nùnc posse alibi quoque, qui Catholico robori, vt ille etiàm toui, iracatur, & ad pugnam prouocet, & se Catholicos Romam aut in

in Hesperiam, vti & ille Iouem in Græciam, remissurum minetur, ac veluti mortuo aut ætate fracto leoni audeat insultare.

* 2. QVOD FREQVENS inter perduelles sermo de Patrono aut Protectore deligendo, si tamen iam non Turcam ipsum adsciuere, quo dato desperata fore omnia, & tàm de Fide Christi, quàm de legitimi Domini iure conclamatum.

Pace ergò aliqua bona, iustaq; tantum mali citò præueniendum.

* 3. QVOD FORSITAN temporis lapsu, Dux belli aliquis ex ipsis, hic vel ille, rerum apud ipsos Dominus ac dictator creari possit, qui tùm demùm tanto fortiùs, velut pro peculio & suo, depugnet: aut forsitàn quisque suam cuiusque vrbis Præfecturam, in speciem Patrimonij, vt olim plerique in Imperio, sit conuersurus.

* 4. QVOD IAM ABVNDE sat sanguinis vtrimque haustum sit, si quem fundi meritum est.

Additum fuisse; Pontificis Romani nũc esse, Pacem istam toto studio procurare, ab his cautis:

* 1. QVOD à paucis annis sub nouo Duce, res ità mutatæ, vt pars vtraque propè Semiuictrix & Semiuicta videatur. Itaque & ad iusta postulanda & ferenda, tractabiliorem vtramque etiàm fore.

* 2. QVOD si victoria plena alterutrius expectabitur, iterùm ab vtrisque alibi alia bella metuenda.

i *Alia*

Digitized by Google

Aliaex alijs infata vocamur.

Perduellium arma, si plusculum in hostico, aut (quod absit) totum vincerent, victoriæ insolentia, & rebus virisque auctis, forsitan etiã vicinos infestatura, cupiditate ac spe latius dominandi, ac fortè quædam animo altè reposita vindicandi.

Italiam fortè tùnc cogitaturos, quandoquidem nuper vix benè Semiuictores ausi sunt Hispaniam ipsam, Canariam, Indiamque vexare.

Maris Dominium atque imperium illos iàm sibi arrogare, ac nonnullis penè eius dominos videri.

Prou. Isal. guardati dall'aceto di vin dolce. Italos rectè monere timendum esse, ab aceto facto è dulci mero: *à facie iræ columbæ*

Si vincentur, forsitan Protestantes vapulaturos, & nouo bello pœnas daturos, quicunque opibus perduelles adiutarint, forsitan & alios quoque nõnullos, quòd vel nimium, vel parùm neutri vixerint.

Forsitan, & nonnullis exitio fore, spectatisse tantùm & nihil feciſſe, & ipsis dictũ iri illud Pompeij & Christi: *Quinõ est mecũ, cõtra me est.* *Matth.* 12

Incendia semisopita, & (quod aiunt) cattum dormientem excitatum iri, & vulnera coalescentia, & requiem iàm quærentia sic refricatum iri importunè, vt sit verendum, ne ad vltimos periculosissimosque in Ecclesiam Catholicam conatus hostes eius cogantur.

Sic semper bella bellis succedura, si res armis

armis terminentur ; posse verò præueniri illa omnia , si pax finem dabit.

*3. Quod paulatim Pace infecta, reliquiæ Bonorum, qui in mediâ Babylone adhùc supersunt, interibunt, sed & illi ipsi Hæretici, qui olim in Catholica baptizati defecerunt, à quibus adhùc obedientiam aliquam potest Ecclesia, quodam adhùc in illos materno iure exigere & sperare, atque ità paulatim fiet, vt nulli ibidem nisi extra Catholicam nati tandem sint futuri, qui quasi iure vtentes Infidelium, & eorum *qui foris sunt*, propter imaginariam quamdam temporis præscriptionem, forsitan meritò petere sibi videbuntur, & armis fortè semper agere, ne ad fidem & Ecclesiæ obedientiã editis aut armis cogantur, obijcientes illud Pauli,

Quid enim mihi de ijs, qui foris sunt, iudicare? Nonne de ijs, qui intùs sunt, vos iudicatis? Nàm eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis. 1. Cor. 5.

——*tantumne est ab re tua otij tibi,*
Aliena vt cures, eaque nihil quæ ad te attinent? Terent. Heaut. Act. 1. Scen. 1.

Sententiam à Iudice suo non latam posse contemni.

Facilius adhùc nùnc esse, ibi fidem excitari, ac restitui, cùm altero adhùc pede in Ecclesia & naue Petri, altero in cymba Charontis sunt, quàm seriùs, quum scil. pede vtroq; inerunt, *infixi in limo profundi, & non erit substantia.* Psal.

Vt

Vt enim candela recenter extincta, si mòx mòx lumen illi propè adhibeas, facilè redardescit; idemq; si seriùs fit. fit difficiliùs: sic, si adhùc fumigante lychno & lucerna Catholicę fidei maiorum, illis vera prædicatio Euangelij importari possit, datis acceptisque æquis cõditionibus (etiàm totius in vtroque homine & vtrique parti paris libertatis) lapsos illos in gremium veri Pastoris faciliùs redituros, quã si serius illa tententur.

Eos tùm per Concionatores & Sacerdotes Catholicos propiùs solito admotos, per illam nouam Euangelij Catholici libertatem, facilè admirabile illud lumen suum antiquum recepturos: serius fortè non item.

l Ouid. Vt l *habent paruæ commoda magna moræ*, sic eædem incommoda sæpè ingentia.

m La perdiz es la perdida, si caliẽte no es comida. m *Perdicem periisse, nisi cùm calet, comedatur*, rectè dici Hispanico prou. vti & Belgico; *ferrũ, cùm adhùc candet, tundendum esse.*

n Ouid. l. 1 de Remed. Et n elegantius à veteribus: *Temporibus medicina valet; data tempore prosunt: Et data non apto, tempore vina, nocent.*

Saltem non esse dubium, Catholicos plus lucrifacturos Christo, si in Babylonem quamcunque admittantur, libertate inuicem Religionum ibi data & accepta, quàm si semper excludantur.

Et certum, plures semper regno Satanæ & Hæreticorum adquiri, Hæresi sola illic loquẽte & grassante, interim altum silente vera doctrina, quàm si Catholicam veritatem ibidem

Digitized by Google

dem contrà nitentem atque æmulam paterétur.

Imbellium, & indefensarum rerum facilem esse expugnationem.

Saltem sic contraria iuxta se posita magis, qualia sint, adparitura, & Veritatis Catholicæ pulchritudinem amores sui maiores cõspectu sui excitaturam, quàm suâ contentam regione nunquàm illic apparentem.

Simię deformitatem augeri, Helena cum ipsa tripudiante; & raucum coruorum cantum, concinente Philomelâ, magis rauescere.

o *Est aliquid prodire tenus, si non datur vltra.* o *Horat.*
Velis, quod possis.
Gutta cauat lapidem non vi, sed sæpè cadendo.

Sensim omnia, alia post alia, vt in metallis effodiendis, speranda.

Et alioqui timendum illud, olim iactatum in Cæsarem Borgiam;

p *Aut nihil, aut Cæsar, vexillo pingis inani,* p *Faustus Andrelinus.*
Fies pro magno Cæsare, stulte, nihil.

Nàm quisquis aut nihil vult, aut totam & omninò rectè viuere, nimis obstinatè vult aliquam armatam Babylonem, is potius rem totam rectæ Fidei videtur illic amissurus.

Cedere Tempori aliquandò Sapientis.
Tempora tempore tempera.

Et veritati Euangelij, & caussæ Bonitati, & Catholicorum Operariorum, Concionatorũque, qui in mediam Niniuen aut Babylonem immitterentur, Eloquentiæ, & Domini messis

Digitized by Google

id est Numinis fauori, paulò magis, quàm hactenùs tribuendum.

Videri, diffidere causæ, qui, rebus vt nùnc stantibus, hoc nolunt.

Psal. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.*

Veritatem, semper rerum omnium fortissimam esse iudicatam, etiàm à duris illis militibus, Regis Persarum custodibus. Emersuram etiàm illic tandem.

Vix timeat vero iudice Roma Iouem.

Veritatem premi posse ad tempus, nunquàm opprimi.

* 4. QVOD OB vnum illud, quod in Europæ vallibus iàm tamdiù geritur bellum, reliquus orbis pacem habere vix potest, neque potest mater Ecclesia, quos alioqui posset, filios congregare, & classico cogere, quos Turcæ interim tàm multa occupanti, cætera omnia spe deuoranti, tales tamque AEacidinas minas in Sigismundum Poloniæ Regem recenter vomenti, & minis crudeliora quoque meditanti, obponat. Omnes enim Reges, Principes, Populos in illo theatro distineri, vel vt Actores fastidiosissimos Tragœdiæ prolixitate, vel vt Spectatores cum Petro, vt videant finem,

¶ Virgil. Æneid. ¶*Spemq; Metumq; inter dubij, seu viuere credant,*

Siue extrema pati.

Ecclesiam auertendi periculi causa periclitari, id est, dùm periculo vni tàm prolixè cauetur, multis & maximis obijci.

Penè

Penè *Incidere in Scyllã, dùm vult vitare Charybdin.*

Ecclesiam Matrem sic à Catholicis plerisque & Hæreticis iampridem tractari, vt olim ab vxoribus duabus, adolescẽtiore vna, annosiore altera, bigamus quidam, duarum simùl mulierum illarum maritus.

Adolescentiorem enim (vt est in fabulis) quò maritum quasi iuuenem & secũ ætate parem, suum vnius totum faceret canos capitis eius paulatim euellisse; annosiorem cõtrà, vt in suo vnius gremio eundem quoque sola indiuiduum distineret, vt senem cum sene, nigros & vegetos decerpsisse; atq; ita dũ vtraq; studiosius, quæ sua erãt magis quàm quæ mariti, quærebant, sic totum hominem illum misellum decaluatum esse, vt melius illi fuerit minus ab vxoribus amari. canos enim nigris inspersos, & hos illis relinqui satius fuerat, quàm vtrisque vtriusque manu, cum magno delectu auulsis, depilari.

Ità dum quidam ex his atque ex istis zelosiores, non secundum scientiam, volunt nullos ex non suis vsquàm superesse, & *quoscunque inuenerint aduersæ*, aut etiam dumtaxat diuersæ *viæ ac vitæ viros ac mulieres*, vinctos ac cæsos volunt, misellæ Matri suæ Ecclesiæ, Christi sponsæ, fortissimis quibusq; eius viris hinc & hinc in prælio, quasi tot capillis sublatis atq; euulsis, inducũt, proh dolor! *pro crispãti crine, caluitiũ*, & (vt quidã Medici) dũ hi nimis reformãt, illi nimis repurgãt, ita totã Ecclesiã euisce- *Isai. 3.*

cerant & eneruant, vt ægerrimè stare in pedes aduersus Turcam possit, & velut iacentem in lecto, viribus suis exhaustam, quasique paralyticam Turcicæ libidini pœnè prostituant.

Cum zizanijs eradicatur simul & triticum.

Melius, si quisq; diceret, *Fortitudinem meam ad te custodiam*, ô Deus.

Cogitandum, homines vtrobiq; esse, & vtrosque adhuc esse in via; nondùm in patria. Vndequaque perfectos in Cœlo tantùm reperiri.

Satis esse, Ecclesiæ militanti, si in via *nigra sit, & formosa*; fore demum *totam sine macula, & sine ruga*, cum in Patria triumphabit.

Optabile quidem esse, sine næuo esse pulcrum hoc corpus, sed Cœlo voti illius effectũ seruari.

*5. QVOD nimia cõsuetudine, tamdiù dura & crudelia, in bellis Christianorum inter se, vtrimque inferendi & patiendi, desuescent populi Turcicam barbariem formidare, magno Reipub Christianæ damno, vt quam in Turcam aliquandò armare soleat Turcarum magna [illegible]o, potiùs quàm recta ratio.

[illegible]zare enim vtrasque acies sæpè, & pœnè videri Turcas in Turcas militare.

Elephantos certè, mororum sanguine benè potatos, dediscere sanguinem deinceps formidare.

Itaque forsitan fore, vt cùm deinceps volet mater Ecclesia filios terrere, propositis Turcarum feritatibus, vt ipsos ad pia in impios arma

ma iritet, plebecula adsueta maiora aut paria, vel à falsis fratribus pati, vel in fratres agere, Turcica, vt Panicos terrores, irrideat, aut dicat; *O pasi grauiora!* nec adduci possit vllis terroribus, vt illùc arma conuertat.

Iam enim pridem aliquos iactasse, & scripsisse, *Potiùs se Turcas, quàm tales aut tales fore.* O tempora! ô mores!

* 6. QVOD COMMODA hinc infinita Christianitati vniuersæ, seu bellum ab ipsa in Turcam, seu à Turca in ipsam paretur, enascentur, qualia sunt quæ sequuntur.

* j. QVOD MILITEM valdè numerosum hinc indè conscriptum, eumque veteranum, Vallibus Europæis benè pacatis, exautorandũ, mòx inueniet, bello Turcico iàm iàm seruire paratum, in quo alias colligendo deligendoq; multus labor, sumptusq; incredibilis; & interim ferè annus, & commodiora belli tempora, otiosè elabuntur, *dùm comũtur, dùm pectuntur* exercitus; & denique multùm interim rerũ gerendarum celeritati, quæ in bello maximè valet, adimitur.

Rerum enim occasiones in Bellis, paruo momento elabi, neque expectare nostram tarditatem, quæ cum *Pisanis* nostris *auxilijs* sæpè nos hostibus propinant irridendos, insultantibus ac dicentibus, *Christianos consulere, deliberare, hoc tantùm; se verò agere.*

* ij. QVOD non modò homines collectos, ac numerum inueniet, sed etiàm armatos, cataphractos, & equis iàm instructos, sola egen-

Digitized by Google

tes stipendij, & commeatus continuatione.

Deus bone! quanto alias sumptu opus, non modò viris emendis, sed etiàm armis equisque militi iam autorato comparandis, aduehendis, adducendis, dùm ferè miles inermis conscribitur!

Vt enim arra tantilla, ad Sacramentum præstandum, quisque sit contentus, nec menstrui accipiat stipendium, antè quàm menstrua militia ipsum meruerit: tamen quibusdam equi, quibusdam etiam arma initiò, mòx vt conscribuntur, præstanda sunt, ingenti sanè sumptu, & quo res AErarij publici sic sæpè acciduntur, vt in ipso procinctu, & altero pænè profectionis die, laborent Dux milesque stipendij inopia, & res velut subneruatę illo belli neruo pecunia, vacillent, ac labascãt.

* iij QVOD nõ tirones habebit, sed vtrimque exercitatissimos milites, vt tam diu in Vallibus Europæis in bello versatos, & pènè Infernа ipsa & Plutonica regna, si opus sit, expugnaturos.

VTeresibus hanc ferè gratiam debent literæ, quòd ipsarum velitatione, iam tanto erectiores sint atq; excitatiores, quæ antea frigidiusculæ iacuerant; sic hoc boni Reip. Christianæ, inter tot mala funestissima, Vallium Europæarum bella præstiterunt, quòd militem fortem; Veteranos, prudentia pollentes; tirones, viribus; Italos, æstus; Gallos, frigoris, Britãnos, famis; Hollandos, tempestatis; Hispanos, asperitatis; Germanos, laboris tolerantissimos ma-

no

gno numero (si vti libet quibus licet) in Turcicum bellum dare possunt, quos iàm iàm exautoratos, iamque recollectos, & recenter autoratos, in Barbaros possit Pontifex & Rex quislibet emittere, adhùc *spirantes minarum, & cædis* in quosuis Christi iuratos hostes.

Vt sit licentia factus paulò corruptior ille miles, si tamen belli conditio conuertetur, si mutabitur Imperator, etiàm mores mutaturum.

* iiij. QVOD VEL solus rumor benè firmatæ Pacis Christianorum inter se, Turcas & Barbaros quoscunque possit in officio continere, ne saltem nocere pergant; territi strepitu grandinis huius militaris, vagantis, & tantùm quærentis hostem, & quò ruat.

Bella Christianorũ, pacem Turcarum esse, & inuadendi nostri incentiuum.

r Demosthenem similiter sentire, in sat simili caussa. *Hæc*, ait, *in Philippi animo excitanda est opinio, vos ex immensa ista negligentia, vt in Euboeam, & prius aliquandò ad Haliartum, & postremò nuper in Pylas, fortasse cum impetu eruptiros. Non omninò, tametsi non feceritis, vt ego faciendum esse dico, fuerit hoc contemnendum, vt aut metu, si fecerit paratos esse vos. (certò enim sciet. sunt enim, sunt apud vosipsos, qui de omnibus rebus eum certiorem faciant, plures quàm expedit) ociumagat: aut his despectis, incautus obprimatur.* r *Demost. orat. 1. in Philippã.*

Pisistratem Athenienſiũ Tyrãnũ, tantũ vt

Digitized by Google

in officio populum; alioqui audaciorem futurum, ex ipsius cum filijs suis discordia, contineret, simulasse in gratiam se cum filiis redijsse.

* v. Quod tùm facilior futura Ecclesiæ reformatio, quæ certè *filet*, non minùs quàm *leges inter arma*, quæ audiri non possunt (vt aiebat Marius) inter tympanorum & tubarum sonos.

Vt *in pace factus est locus eius* materialis, & templum illud augustum Ierosolymorum; sic in pace quoque ornatiorem euasurum locum eius spiritualem, Ecclesiam scilicet & chorum fidelium.

[D. Aug. in illud, Venite ad me omnes

[*Et tu laboras, & ego laboro. Illum audiamus, & ad illum veniamus. Inter nos quare litigamus? Ambo audiamus quia ambo laboramus. Quare inter nos litigamus? An vt Medicum vocantem non audiamus? O infelix infirmitas! Ad se vocat Medicus, & litibus occupatur ægrotus.*

* vj. Quod aliquot Episcopatus in integrum restituti, Christi ditionem amplificabũt, & alia multa.

Ad illud verò, quod multi quærunt; An sit satius, in Turcam bella nunc geri, quàm in Hæreticos, affirmanter respondisse magnam beatorum illorum Procerum partem, fereque cæteris non tàm negantibus, quàm dubitantibus, his rationibus persuasisse.

* 1. Quod Turca Fidei Christianæ nocẽtior, quàm Hæreticus quisquam.

Hæreticum enim quemcunque, tantùm eius

eius partem vnam aut plusculas impugnare, aut vitiare; Turcam verò velle vniuersam fúditùs extinctam, Legem, Gentem, ac Nomen ipsum Christianum.

* 2. QVOD HAERETICVS, Catholicusque conueniant in maximo Religionis principio, Christo scilicet, à quo vterque æquè vult se dici, ac censeri Christianum; Turca verò principium nostrum præcipuum neget, Mahometem colens pro Christo, neque Hæretico neque Catholico satis fidus, vtrique æquè infidians, quæcunque tandem fœdera cum quibuscunque Christianis ineat, aut olim inierit.

Seriùs aut citiùs metam omnes seruat ad vnam, & æquale excidium.

Nec requiescet Arabs, donec nos destinet aræ.

* 3. QVOD HAERETICVS potest rationibus, libris, scripturis, concionibus à Catholico impugnari, & Catholicas ab Hæretico similiter, propter linguarum & scripturarum vtrimque communionem; qui pugnandi modus per disceptationem est hominis magis proprius, & legi Christi adcommodatior; At cum Turca nunquàm disputari neque verbo, neque scripto, sed semper pugnari, propter linguarum vtrimque ignorationem, & Mahometis illam constitutionem, quà est totum legis illius scleratissimæ *ius in armis*, & *lex Iustitia, fortitudo* eius.

Ingenium superant vires.

Rectissimè dici Hispanorum prouerbio,

Digitized by Google

Hisp. pro. Dios me dè cõtiẽda, con quien me entienda.

t *Fœlices, quibus contingat hostis intelligens & intellectus, & ratione vtens.*

Minarum diuinarum hanc non esse vltimam; *Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus; gentem robustã, gentem antiquam, gentem, cuius ignorabis linguam nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius, quasi sepulcrum patens, vniuersi fortes.* Ierem. 5.

Velle disputare, & ratione cum Turca agere, sit *cum ratione insanire*, cum nec eius linguam Christiani calleant, nec ille Christianorum, nec, si calleant illi, ille loqui sinat de religione.

u Ouid. 4 Trist eleg. 1. u *An mea Sauromatæ scripta, Getæq; legent?*

Negata illic vtrimque verborum scriptorumque communione, planè conuersionem Turcarum desperari, vt non verbis cum ipso, sed verberibus necessariò agendum sit; & vires gerenda, vt cum brutis rationis sermonisque expertibus, nisi fortè Arabicæ scholæ demùm à Christianis erigantur, quod mirum est hactenus neglectum esse.

*4. QVOD HAERESES paulatim per se euanescunt.

x Senec. Trag. x *Quo l ratio nequit, sæpè sanauit mora.*

Mahometismus verò non item, sed vires colligit, serpit, imò peruolat latiùs, dùm hic Christiani litigamus.

*5. QVOD HAERETICVS ferè soli animæ insidiatur, Turca autem & animæ & corpori.

*6. QVOD EXTERNA bella semper internis præferenda, & Mars semper domo nostra

Digitized by Google

ſtra arcendus, alio quouis importandus, aut abigendus.

* 7. QVOD BELLA cum Turcis iuſtiora, & magis neceſſaria, vt quę pluribus titulis ac cauſis inuitantur.

Nullũ enim bellũ iuſtius eſſe illo, quod
1. *Ablata repetit*;
2. *Libertatem tuetur*;
3. *Vitam defendit*;
4. *Opes; vxorum liberorumq́; pudicitiam propugnat.*
5. *Religionem, aras, focoſq́; conſeruat.*

Chriſtianos autẽ, ſimùl omnes illas in Turcam bellandi cauſſas habere: vnicam verò aut alteram tantùm, in bello Chriſtianorum inter ſe, reperiri.

Ergò iuſtius vtiliuſq́; in Turcam verti, arma Catholicorum & Hæreticorum, quàm vtrorumque in vtroſque. Atque his dictis, Proceres illos, qui hic ſubdubitarãt, cõticuiſſe, ac pænè ſilentio ipſo adfirmantibus conſenſiſſe, ſed adfirmatoribus tamen, ſub confeſſus diſſolutionem, dixiſſe, *auduturos ſe eos de hac re iterùm*, cùm libuerit, & prætereà aliquid Eccleſiæ militantis iudicio eſſe ſubmittendum, ne mortales de omnibus, è cælo, per internuntium aut literas, reſponſa nimis expectent, nouo exemplo.

VEGE-

Digitized by Google

VEGETI CHRISTIANI,

LIBER TERTIVS.

SEcundo circiter Nocturno,& secundâ noctis vigiliâ, verteram Latinè Procerum cęlicolarum illa responsa de pace publica, vti Raphael dictauerat & iusserat; & iàm fractus scriptione multa, eaque anxia & lubrica, somno me reddideram, in multam lucem(vt sperabam.) Sed eccè, cùm vix oculos benè clausisse videbar,in dulcem illam exigui temporis mortem, iterùm Raphael inclamare, & dicere surge, surge,velociter,iàm tertium Nocturnum,& tertia vigilia noctis est;ocyùs & ante lucem ista quoque expedi. Iterũ enim mediâ nocte *dùm medium silentium tenerent omnia*, conuenêre Duces beati illi (ità enim vrgebant magni illi pro Christi Ecclesia adhùc militante, metus) & benè sperantes de pace Christianorum inter se, aut saltem longiusculis indutijs,prouidendum, iàm iàm putarunt ijs rebus,tàm quæ à bello in Turcam gerendo possint quosdam auertere, quàm quæ iàm incœptum possint perturbare, interrumpere,ac fortè etiàm omninò abrumpere,sed& de Imperatore deligendo citò consulendum.

Nar-

Digitized by Google

Narratis ergò ille tùm breuiter, & magnâ fide eorum ſententijs, ſcribe (inquit) hæc eo ſtylo quo ſuperiora, ac propera, vt quamprimùm mortalibus innoteſcant.

Ego auditâ ſententiâ de Imperatore, viſus ſum tergiuerſari, reſponſare, & apertè nolle. Cùr enim ego (inquam) aliquid aduerſus Germanorum Gentem, cuius eſt à tot iàm ſeculis Imperium, & familiam illam Auguſtiſſimam, quæ illud geſſit iam tam diu, maximè, cùm qui ex eâ reſtant, Belgio meo beneuolentiſſimi ſint, & qui gerere illud aliquandò quoque poſſit, Belgio noſtro præſit & proſit? *Quære peregrinum*, inquiebam: &; *ecce* deincep⁊ *neſcio*, nec *loqui* nec ſcribere; ità mens manuſque ad Ducũ illorum immortalium noua illa conſilia obſtupuerunt.

Inſtare contrà Raphael, cogere, dictare, manui calamum aptare viſus; denique illam ad chartam, & per chartam, ducere, ac penè tanta vi, vt non tàm ego hæc ſcribere, quàm ipſe videretur, & fuerit ſcriptura tota Angeli quidem, ſed *manus hominis*, qui non ſui iuris fuiſſet. Nàm verò, quid dubitas modicæ fidei? (inquiebat etiam inter ſcribendum.) Neſcis Imperia in manu Dei eſſe, & in tantis Eccleſiæ periculis, quemque publicæ magis rei, quàm priuatæ, ſtudere oportere? Scribamus, inquiebat, ac ſic totam rem nolens volens ſcripſi.

Primùm ergò ita Duces illos Cælicolas sẽ-

*1. Quo-

Digitized by Google

*I. QVONIAM pleroſque, à ſocietate huius in Turcam belli, poſſet auertere, vel metus inſidiarum, quas domi, retrò relictis Dominijs ac ditionibus, vel improbi ciues, vel exteri hoſtes ſtruere forſitàn poſſint, vt, verbi cauſa, Hæretici remanentes quaſi ad ſarcinas, rebus Catholicorum è Gallia aut Belgio magnis examinibus in Syriam ruentium (quod olim a Carolus IX. Rex Gallorum, vt ſe ab eo bello excuſaret, Pontifici Maximo reſpondiſſe legitur, anno 1573.) vel Galli, rebus Hiſpanorũ Turcico bello intentorũ (quod olim Carolus V. in Turcam mouens, iterumq; iterumq; expertus eſt) vel fortè Hiſpani rebus Gallorum; vel etiàm ex Catholicis quidam importuniores, rebus Hæreticorum ſeu Batauorum, ſeu Proteſtantium, ſeu aliorum abſentium, & domi debiliorum: Vel timor inſidiarum etiàm foris, quibus ſcilicet exempli cauſa, multi ex vna eademque gẽte in eo bello, pauciores ibidem alterius gentis, terra aut mari repertos clàm aut palam poſſent obprimere. (ſic enim iàm olim Cain Abelem fratrem obpreſſit dicens, *Egrediamur foras*, & egreſſum in agro inuadens) Conſultiſſimum idcirco fore, vt Pontifex Summus, ab omnibus eius Belli Primoribus duo iſta impetret, imò & paternè imperet, Coniurationem aliquam ſanctam, atque Eiurationem.

Michael ab Iſſelt in hiſt. ad an. 1573.

Geneſ. 4.

*j. CONIVRATIONEM, ſic; vt Pontifex, Imperator, Reges omnes, Principes, Reſpub. ſanctè

Digitized by Google

sanctè alteri alteris promittant, Chirographis & sigillis suis confirment; *Nihil se in quenquam, durante hoc Bello Turcico, & nondùm dissoluta edicto publico Commilitonum societate, tentaturos. Si quis alteri nocuerit, omnes omninò simul in illum vnũ socia arma versuros, militaturos pro læsa parte, in eum paruum vel magnum quemcumque, quẽ Senatus Magistratusue militaris legitimus in alterum peccasse iudicauerit.*

*ij. EIVS RATIONEM verò sic; vt renunti- et vnusquisque omnibus alijs antehàc initis, cũ quocunque Rege, Principe, aut Repub. fœderibus, & omnes omninò alios sibi obligatos quocunque fœderis Sacramento, huic militiæ Sacræ contrario, absoluat, & vicissim ab alijs absoluatur ipso facto, vt deinceps quislibet liberè possit, aduersus quemcumque, iudicatum Sacri huius belli Turcici perturbatorem, militare, nulla veteris vllius Sacramenti aut fœderis religione refragante, si fortè (quod absit) perturbator aliquis talis oriretur.

Quis enim (aisse sacrum illum Beatorum Ducum Conuentum) his ità constitutis, tàm infirmus Princeps, aut tàm suspicax, aut tàm parùm rebus suis fidens, vt à quoquam etiàm potentissimo timere iure possit, ipse omnes in vnum illum iniurium fidos adiutores secùm mòx habiturus?

Aut quis contrà tàm Ismahel atq; insolens, aut tàm potens & temerarius futurus, vt vel vrbeculam cuiusquam, vel cuneum mille armatorum, vel militem vnum alterius gentis

tis ausit vel velit violare, certus idcirco se omnium Regum & Christianorum manus in se vnum conuersurum?

Ne Hercules quidem contra duos.

Et quidem pro Coniuratione illa, beatos illos Duces memorasse magni [b] Solonis respõsum. *Interrogatum enim illum aliquandò, quæ Ciuitas illi benè instituta videretur, respondisse, in qua illæsus non minus iniuriam læsi persequeretur, quàm si læsus ipse esset,* id est, diceret hoc vulgatissimum, *Homo sum, humani à me nihil alienum puto.*

[b] *Plutarc. to. 1. vit. in Solone.*
[c] *Terent. in Heaut. Act. 1. Scen. 1.*

Adiecisseque eam non esse sine veteri exemplo, si vera scripsit [d] Isocrates. *Cùm post Thesei descensum ad Inferos, Lacedæmonem reuersa Helena iàm nubilis esset, vniuersi Reges illius temporis, & Principes vrbium, idem quod Theseus de ea senserunt. Quamquàm enim potestas eis dabatur primarias è suis vrbibus mulieres deligendi: spretis tamen domesticis nuptijs, ad eam profecti sunt, ambiendi gratia. Cùm verò nondùm esset exploratum, communi adhuc fortuna, quisnam eius coniugio potiretur: adeò tamen nemo erat, qui vocaret in dubium, quin armis de ea dimicandum foret, vt indictis comitijs, fidem sibi mutuò dederint.* SE OMNINO ADIVTVROS DIGNATVM. ILLIVS CONNVBIO, SI QVIS EAM PER VIM ABDVXISSET. *Singuli enim putabant, se sibi præsidium illud parare.*

[d] *Isocrates in Helenæ Encomio.*

Demosthenem quoque oratione pro libertate Rhodiorum, videri velle innuere, fœdus aliquod à Græcis inter se omnibus factum,

Digitized by Google

ctum, *Ne quis cui bellum inferret*, sed vt omnes pacem seruarent, & quiescerent.

Et membrorum omnium corporis eiusdẽ eam esse consensionem, vt nullum nulli spontè noceat, & omnia cuilibet læso succurrant, & sanguis ipse totus ad partem sauciam adfluat.

Quærenti autem fortè vni ex ipsis, Ecquę securitas infirmioribus, à vi potentioris etiàm iurati? responsum à reliquis;

*j. VERBVM *Regis, Regi Regem esse.*

Verba ligant homines, taurorum cornua funes.

*ij. FILIIS quoque Deorum, Platonis senso, absque vlla demonstratione credẽdum esse.

*iij. AD INFIRMIOREM quemque metu potentioris liberandum, dandos à potentiore obsides dignos, ei, qui iure ab illo timeat.

*iiij. IMO QVIA possit quisque erubescere, metum alterius fateri, tùm ne vel indè tanto infirmior censeatur; tùm ne obliquè ei, quẽ timet, vel malæ fidei, vel iniustitiæ notam inurere videatur, consultissimum esse, initiò & ante omnia, hinc & hinc obsides dari, his istis, vniuersis ab vniuersis.

e Quid enim nocet, si bonę fidei emptor es, mercatori pignus dare? inquit vulgus Hispanorum.

*5. ET QVID, si non solùm f *pœna diuina periurij, exitium: humana dedecus:* sed etiàm vetus illa pœna, in vsum reuocetur, & omnes eam

e *Pro His.* Albuen pagador, no le duel en prendas.

f *Cic.*

subituros coniuretur, de qua sic bonus quispiã Poeta?

g Georg. Sabin in Friderico Barbarossa.

g *Mos antiquus erat, qui publica cõmoda Pacis*
Cæsare, turbasset, bella gerente foris,
Totius imperij reus inspectante senatu
Vt canis impositum torpore ferret onus.
Ergò, quòd Italicus dùm concita gessit in oris
Bella, Palatinus mouerat arma domi:
Hunc, licèt inuitum, detrectantemq́, coegit
Inclyta per Nemetum mœnia ferre canem.

Illam, aut quamuis aliam grauiorem, communiter decerni posse.

* vj. SECVRISSIME tamen conuenturos Principes omnes, si Cœlum magis quàm Terram, in illo Bello spectare, editis libris, concionibusque sæpè in exercitu habendis, docebuntur, sic vt ex professo pium honestumque antecedat, vtile autem tantum ex euentu.

Moyse in Cœlum oculos manusque tollẽte, Iosue victorem euadere; in terram remittẽte, victum abire.

* vij. DVCES illos beatos fuadere ijs, qui diffidunt, Caroli Martelli confidentiam intueri, ijs verò, qui alijs diffidendi, & se ipsis non credendi ansam præbent Eudonis illius Visigothi, Aquitaniæ & Vasconiæ Principis, fidẽ atque integritatem recordari.

h Hadr. Barla d. in Chronicis Ducũ Brabãtiæ &c.

h Eudonem enim illum à Carolo Martello prælio superatum, fuisque opibus destitutum, Saracenorum (qui iam annum decimũ in Hispanijs agebant) auxilium implorasse, obtinuisse, ac Saracenos venisse. Carolum verò eandem

dem vndique vires contraxisse, imò ipsum etiàm Eudonem (qui tamen ipse Saracenos accersierat) in partes suas adduxisse, atque sic vnà cum ille communis Religionis hostem debellasse, magno hinc fidei in hostem victoré, Eudonis in Martellum, illinc confidentiæ ac fiduciæ, de veteris hostis victi iàm iratique fide, Martelli de Eudone exemplo.

Tali confidentia, fideque inuicem vtendum audendumque.

i *Aliquid vniuersis, aut omnia singulis patienda.*

i *Vox Manlij apud Liuiũ l. 6. deca. 1.*

* viij. MVLTOS mutuo permistum ebibisse sanguinem, eiusque compotationis religione sese ad mutuam inuiolabilemque amicitiam, fidem, atque defensionem adstrinxisse.

k *Catilinam* (secũdum aliquos) *oratione habita, cùm ad iusiurandum populares sceleris sui conscios addiceret: humani corporis sanguinem vino permistum in pateris circumtulisse: indè, cùm post execrationem, omnes degustassent (sicuti in solemnibus sacris fieri consueuit) aperuisse consilium suum, atque eò dictare rem, quò inter se fidi magis forent alius alij, tanti facinoris conscij.*

k *Sallu. in Coniurat. Catilinæ.*

Fateri se, si suadeant, Reges, Principes, Reip. cuiusuis in hoc bellum cõsentientis Legatos simili compotatione Iusiurãdum illud, quod nùnc dixissent, confirmare, nimis durũ hũc sermonẽ Christianis auribus fore, parũque dignum Consultoribus Christianis, & quidem iàm beatis, & clarissimè iàm intuentibus insti-

tutæ Eucharistię, Sacramenti vnitatis, scopum ac finem. Itaque ad maiorem propositæ Coniurationis atque Eiurationis firmitatem, suadere, de manu Pontificis aut Legati, sanctam communionem omnes & singulos Primates (Catholicos saltem) accipere sub vtraque tunc specie, & dispensatiuè dici singulis; *Bibite ex eo omnes* in fidei bonæ testimonium; moxque vt ex ore cuiusque per ordinem prodierit fidelitatis mutuæ Iuramentum, & bonæ fidei professio, certis verbis è scripto lectis concepta, & cuiusque chirographo subsignata, tum cuiq; propinari.

Vel suadere, vt hostiam consecratam alter alteri det sacro vasculo seruandam, paciscens, se illius, id est, Dei sui proditorem haberi, ac dici velle, si fidem hic non seruarit.

Christianos enim aliquandò ipsi Turcarum Imperatori Christum sic in Sacramento obsidem dedisse, & læsa fide, tunc Turcarum Imperatorem illum è sinu suo protulisse, in[illegible]que inueniisse protectorem, prælio [illegible], cùm scilicet Christiani ad Varnam [illegible] illi violassent.

*Olim Laicos Eucharistiam adtigisse, tulisse domum, sumpsisse, alijs porrexisse.

1 *Euseb. hist. Eccl.* D. *Cypr.*

Extremis morbis extrema remedia.

Inusitata inusitatis conatibus adiungenda.

*2. QVONIAM verò ea est humani arbitrij mobilitas atque inconstantia, vt sicut crebrò

brò ex inimicis amici multi fiunt, ità ex amicis fiant nonnunquàm hostes acerrimi (vndè sunt illę cautiones, [m] *ama, tamquàm osurus, oderis, quasi amaturus*) ac solutis amicitijs exercitus quoque dissoluant, quod honorum ambitu, & primarum adfectatione, & prædæ iniquiore diuisione, sæpè accidit; longè antè prouidendum, ne versis in odia amicitijs fœderatorum, fiant *nouissima* Christianismi *peiora prioribus.*

[m] *Apud Cic. de Amicitia.*

[n] Richardum enim Anglorum Regem, cùm aliquandò, anno scilicet 1189. exercitum in Syriam duxisset, & Philippi Francorum Regis copijs suas coniunxisset, ità contra Saladinum apud Ptolomaidem bellum prosperè vtrumque gessisse, vt jàm Saladinus victo similis, de Ierosolymorum deditione cogitaret. Sed malum! duobus illis Principibus de Principatu, id est (fortè) vter Ierosolymis receptis imperaret, contendere occipientibus, contigisse, vt indignans Philippus rem infectam relinqueret, desertoque socio in patriam conuersis signis cum suis reuerteretur.

[n] *Iacob Phil. Bergomas. in Chronic. Supplem. lib. 12.*

[o] *Ex illo fluere, ac retrò sublapsa referri*
Spes Danaum, fracta vires, auersa Dei mens.

[o] *Virg. 2. Aeneid.*

Orta est contentio, & contemtio inter Principes, & errare fecit eos in inuio, & non in via.

Canes, qui concorditer ceruum centenarium cepere, sæpè parum concorditer sangui-

Digitized by Google

nem & viscera eiusdem capti depasci, sed inutiliè & per vim catellos minusculos, per Molossos, à prædæ communione arceri, & minorem piscem (vt vulgò dicitur) à maiore deuorari: flumina minuscula in mare intrare, mare non redundare, neque vnquàm defluere.

Matt. 20. Sæpè, qui *vna hora in vinea laborarunt*, velle in *denario diurno*, illis ipsis, qui *portarunt pondus diei & æstus* pares, imò & superiores esse.

Quosdam *Metere velle*, & quidem largiter, vbi nihil, vel certè parcissimè, seminarint. Velle in labores aliorum introire, fucorum instar.

Sæpè etiàm nihil conatis, aut nihil ausis, plus prædæ lucriq́ue ex bellis accedere, & pretium ludoris sanguinisq́ue plurimorũ ad paucos etiàm ignauos aut minùs merentes redire. Vndè illud; *Pompeius miseria nostra Magnus.*

p Michael Glycas p. 4. Annal. p Idcircò Zimischen Imp. Constantinopolitanum Christianum, cùm propter Anabarzũ & Podandũ transiens, illic possessiones & prædia maximi pretij longè lateq́; fertilissima rerum omniũ conspiceret, ac deindè ea vniuersa Basilij cuiusdã cubicularij esse cognouisset, partim à Nicephoro Phoca Romanis funib. adiecta partim ab hoc vel illo *Domestico: partim ipsiusmet Imperatoris opera; gemitu ex imo pectore ducto, dixisse: *Proh! indignã rem (Comites) publicas insumi pecunias, Romanos exercitus alumnas exantlare, Imperatores extra fines Imperij labores tolerare: quidquid autem tot laboribus atque molestijs adquiratur, in vnius Eunuchi comodum cedere!*

**Officij nomen est hoc.*

¶ Sic

q Sic vos non vobis mellificatis apes, sed fucis ignauis. q Virgil.

Frequentissimè, nihil mellificãtibus, & nil tamen magis quàm mella affectantibus.

Ferè Nouissimos in coitione & conflictu, primos in partitione esse velle.

Frigere in pugna & rigere, in præda autem potiunda æstuare.

Ergò de rerũ, prędarumq; diuisione, domi ante exitum ad bellum, generatim esse statuendum; discutiendumque rebus adhùc in vado stantibus;

*j. An quæcunque hosti extorquebuntur, debeant Cæsarum ipsorum, id est familiæ & sanguinis ipsorum esse, an verò Imperij, non Cæsaris.

Videndam eâ de re orationẽ Gulielmi Bellayi pro Ioãne Vaynodà Rege Vngarię electo.

Christianos certè sub Bolionæo, Constãtinopoli sic pactos cum Alexio Imperatore; r Vt Græci cõmeatu, & quauis re necessaria, Latinorum castra adiutarent; Latini verò quæcunq; Infidelibus loca eriperent omnia (pręter Ierosolymam) redderent. r Paul. Æmylius li. 4 hist. Franc.

Itaque cùm s Nicenos ciues ad deditionem coegissent, vrbem in manu Imperatoris reliquisse. s Vitriac. p 49 hist. Orient.

*ij. An Imperio Constantinopolitano non sint sui quondàm fines restituendi, & Imperium illud rursùs erigendum.

*iij An Vt illi Imperatori sic cuiq; suũ restituendũ, veterib⁹ sc. Dominis, aut certe hæredibus ipsorũ, si qui adhùc in viuis. Sic

Sic Romanos sæpè, sic Pompeium cum Tigrane Armeniæ Rege, vsum.

Sic à Carolo V. Regem Tunetanum, victo AEnobarbo seu Barbarossa, regno restitutum.

Sic ab Alphonso Aragonum Rege, Marchiam, quam Pontifici Tyrannus eripuerat, ereptam, eidem Pontifici restitutam.

Sic nuper à Philippo II. Hispaniarum Rege, Huyum ad Mosam, ab Hollandis interceptoribus receptum Mottæo Duce, Episcopo Leodiensi redditum esse, quòd Regius miles tantisper emptus stipendijs Leodiensium militasset.

*iiij. AN VRBS quælibet capta, esse debeat primò occupantis, vt fuit olim Ierosolyma Gothefridi Bulionæi, quòd is primus murum conscendisset.

Qui potest capere, capiat.
A quo quis victus, huius & seruus est.

Virtutibus singularibus deberi singularia.

t Ouid l. 11 Metam. Sic olim Hesionem Laomedontis filiam, quam Hercules ceto expositam liberarat, datam ab ipso Hercule Telamoni vxorem, quod primus Troianum murum scandisset, eo bello quod Hercules in Laomedõtem beneficij immemorem, & mercedem pactam denegantẽ, gerebat.

Sic Lopyro concessam Babylonem, quòd Dario Rege Persarum diù & fruſtrà eam oppug-

Digitized by Google

pugnãte, ipſe ſibi naſum, aures, & labia amputaſſet, ſicque Babylonem iens, & multa de ſuo Rege queſtus, quaſi ab eo inhoneſta illa vulnera paſſus, Dux belli à Babylonijs conſtitutus, vrbem Dario tradidiſſet.

Eam ſpem æquè ſolere animare Duces, ad fortiter inuadendum, vt ſolet gregarios ſpes totius prædæ u *quis enim virtutem amplectitur ipſam, Præmia ſi tollas?* u Inuenal. ſat. 10.

x *Ipſaq; furem*
Præda vocat. x Ouid.

* v. AN SORTI, aut aleæ iactui more militari, tota res committenda mòx ab occupatione & victoria, & ſortiendum tũc demùm quis quid accipiat.

Sic milites de veſte Domini inconſutili cõueniſſe.

* vj. AN POTIVS ILLIS Gentibus cedendæ vrbes illæ, quæ ad earum linguam propiùs accedant, aut ijs, quibus victi ſubeſſe præelegerint, vt ſit hoc quaſi calcar Chriſtianis ad Clementiam in victos.

* vij. AN CVIQVE GENTI, pro rata & modo ſumptuum, quos eo bello fecerit.

y Noæum certè ità ſuadere. y Noæus de Politicis. Diſcurſu 22.

Tres tamen priores partiendæ prædæ vias videri non fore ex vſu.

* j. QVOD multos lucri cupidiores à belli illius ſocietate auertent, in quo ſcilicet videãt, multum ſeri laboris, æris, & ſanguinis, nihil verò præter ictus & honorem meti. Niſi fortè præda cedatur Imperio, ea conditione, vt Im-

Digitized by Google

pectum deinceps omnes nationes (vt olim) possunt capessere.

* ij. Quod Dvos imperitare malũ est, quod aliquo modo fieret, Cõstantinopolitano Imperio suis restituto, & iterum erecto.

* iij. Quod Tvm Nemo non dicturus se huius aut illius Vrbis hæredem, & sic nouam litigãdi occasionẽ daturus, vti quondã Discordiæ pomum sic inscriptum, Trium pulcerrimæ.

* iv. Quod Crebrae tunc esse poterunt, de primatu ad irruptiones in Vrbes aut Castella faciendas contentiones, studio importuno eas possidẽdi, quod studiosissimè anteuertendum.

* v. Quod Sic posset talis aut talis Vrbs, aut Arx, Gallo contingere, cuius possessione in posterũ posset esse Hispano molestissimus, & vt lancea in oculis ac nouum creare bellum, & contrà, vt sunt inconstantes & mobiles mortalium amicitiæ.

Addit se Proceres fuisse aliquando ex ore Nuntij cuiusdam Apostolici auditum, Regem Galliæ tempore Pij V. ideò cæteris confœderari in Turcam noluisse, quòd ipse quidem & sua esset expẽsurus, & suos adtriturus, Rex autem Hispaniæ fructu potiturus.

Arborem scilicet à Gallo excussum iri, alterum decussa poma collecturum.

* 3. Ergo Consvltvm fore, Cõsistoriũ aut Senatũ militarẽ in ipso iàm procinctu ritè creari (in quo tot viros & paria suffragia habeant minimè Respu. & Principes, quot & qualia maxi-

Digitized by Google

maximi Reges, quandoquidē, *duo minuta*, quæ illi *in gazophylacium* belli illius *mittēt*, tàm moleſtè de pauxillo ſuo dabunt aut pendent, quā Monarcha potentiſſimus ex ęrario ſuo ditiſſimo innumera auri argētiue talēta) qui Senatus demū occupatas iàm Vrbes aut Arces ex æquo & bono huic, aut illi decernet poſſidēdas, antè iuratus (toties quoties) bona fide ſe decreturū, à cuius Senatus ità iurati arbitrio ac ſententia cō iurēt partes oēs (toties quoties) nō iri adpellatū

*j. PRIMOQVE, etiā in procinctu decernēdum, internam ſaltē aliquam Vrbium per vim occupararū prædam fore militis occupātis, ne nullum ſupra ſtipendia quęſtū faciens lāgueat; aliquam quoq; (vt arma, vt ęra, vt vaſa pretioſa, ſacra aut profana) fore publici ęrarij, ad Belli ſcilicet illius ſacri continuationem, vt bellum bello nutriatur, & ex hoſtico.

*ij. ITEM captam iàm, & pacificę à Chriſtianis regnatam vrbem quamcumq; ab eodem Senatu bellico viſitandā, & pro modo valoris æſtimandam; actùm demum tanti vel tanti, quaſi ſubhaſtatione, vendendam, & preciū eius iterùm in ærariū belli publicum referendum.

Niſi fortè timeatur, hoc modo opulentiſſimum quemq; omnia pauperioribus Principibus prærepturum, & ad potentiam cæteris formidandam excreturum.

*iij. DENIQVE in illo iàm dicto militari Conſiſtorio, multis vltrò citroq; diſputādum; *Eccui maximè Principi, aut Genti cōueniat, deditā aut captam vrbem aut arcem habere minore alio-*

rum

rum metu aut damno) itaque maximè idoneo, & minùs timendo ad tribuendam, & (accepto æstimationis pretio) tradendam.

Iurandum verò æquè omnibus domi, & antequàm ex agro Christiano, in hosticum Turcamque moueatur, ità Prædas, Vrbes, ac Regna diuisum iri, omnesque omninò illius Consistorij iudicio acquieturos.

*4. ADIECTVM; Vt olim (inter Lacedæmonios fortasse) in hæreditate diuidunda, seniori partiendi officium adsignabatur (quòd pro prudentiâ suâ, & metu, ne si iniquiores partes faceret, minor ad se rediret, æquiores facturus crederetur:) Iuniori verò ius priùs eligendi cedebatur, neà seniore partiente iunior falleretur; sic fortè hic non fore importunum, à Regibus potestate maioribus fieri partitiones Regnorum atque Vrbium iàm receptarum, minoribus verò Principibus vel Rebuspub. priùs eligendi ius dari.

Si quandò autem accideret, Principem aut Rempub. ob fortunas tenues, non posse pecuniam mòx pendere, pretium sibi adsignatæ ciuitatis, illi permittendum, aut census annui aut tributi certi pensione satisfacere, idoneo vade adsignato.

*5. NEC FORTE inconsultum, sed ad patientiorem subditorum obedientiam illecebrosum, si detur Victis nouorum Dominorum electio & optio, vt subsint saltem, & quasi maritentur, cui velint.

*6. SIC ENIM & ipsis, quos elegerint, fi-

Digitized by Google

de maiori adhæsuros victos.

* ij. SED & Victores ità assueturos victoriâ vti moderatè, & non insolescere, vt à pluribus famâ manſuetudinis eorum ineſcatis in Dominos eligantur.

* iij. SERVITVTIS istam qualemcumque consolationem victis fore, vt Victoribus præmium Clementiæ iustissimum.

* iiij. PRIMA Regnis initia dediſſe popularem electionem.

* v. SED NEC futuros tàm ad resistendum obstinatos populos, quos & ista eligendi Domini libertas non parùm ad se citò dedendos ineſcabit.

Sub viri potestate esse mulierem tantò libentius, quantò liberius virum accepit, quem voluit, aut libuit.

Violenta imperia nemo continuit diu.

* 6. QVID SI dentur Vrbes nonnullæ, atque agri, ijs vel Principibus, vel etiàm gregarijs militibus, quorum singularia in eo bello vel beneficia, vel virtus rara, Iudicio Consistorij bellici, talia aut maiora promeruerint?

* j. FORE enim hoc ipſis aliquam mercedē Virtutis suæ.

* ij. FORE cæteris ad paria præstanda incentiuum.

z Balduinum Ieroſolymorum Regem ſecundum ſic olim decreuiſſe: *Tertia pars Tyri (ait) & Aſcalonis, ſi caperetur, multis immunitatibus.* z *Bald. ep. ad Callistum Romanum Pont.*

Digitized by Google

bus, honorificisq; decretis Imperio Venetorum adsignata est, quòd scilicet Venetorũ naues maximo illis adiumento fuissent.

Anno 1204. Christianos Terram-Sãctam adpetentes, inprimis Balduinum Flandrum, & fratrem eius Comitem à S. Paulo, Ludouicum Sabaudiæ, & Bonifacium Montisferrati Comites,[a] *Venetijs inito arcto fœdere à Venetis cõmodato accepisse naues rebus præclarè gerendis aptas, hac tamen conditione, vt primò Iadoram Dalmatiæ vrbem recuperarent, deindè vniuersas regiones Venetorum imperium detrectantes domarent, & eas Venetis de nouo obligatas ad pristinam obedientiam cogerent.*

a De Bry. c. 22. de rebus Mahom.

b Capta quoque Ierosolyma, cùm ei esset de Rege prouidẽdum; essentq; fortitudine & genere multi hoc titulo digni, & nemo tamen in tota ea Vrbe hoc petere neque ambire videretur: tandem omnium consensu oblatum eius Vrbis imperium fuisse Roberto Duci Normãniæ, qui Comitatum suum vendidisset, Ducatum obpignorasset in hoc bellum. Oblatum certè, neq; tamen susceptum.

b Paul. Æmylius li. 4 hist. Franc.

c *Ad maioris autem securitatis cautelam, inter diuersos Principes & Barones diuisum fuisse Regnum Ierosolymitanum, qui terram sub Rege defenderent & custodirent, ipso Rege partem sibi digniorem & meliorem retinente, scilicet ciuitatem Hierusalem, Neapolim, Accon, & Tyrum cum quibusdam oppidis & casalibus.*

c Vitriac. Card. hist. Oriental. pag. 54.

Veteres bellatores hunc morem ferè sequutos.

Cæsa-

Cæsarem Augustum veteranis Heroibus, Cremonẽsium (qui Antonij contra eum partes fouerãt) agros viritim diuidendos dedisse.

Theodoricũ Regem Gothorum, Heroibus ciuitates & Prouincias tributarias fecisse.

*7. Et Qvid Si Consistorium ipsum bellicũ, nomine omnium, Vrbes nimis litigiosas, suspectas, aut à nullo habendas sine cęterorum eas, nõ habentiũ nimio metu, contẽnat dicatq; nullius fore, nec huius nec illius, sed Ecclesiæ, Matris Pacificę patrimonio adiungat, à cuius insidijs nihil alijs metuendũ, atq; ab ea custodiri decernat, instar Abrahæ, de victis Regibus decimas Melchisedecho Sacerdoti Altissimi offerentis? Genes.

Arma certè Nicanoris à Machabęo victi & *spolia cõgregantes Israelitas Sabbatũ egisse, benedicẽtes Dominum, qui liberauit eos in illo die, misericordiæ initium stillans in eos. Post Sabbatum verò debilibus & orphanis & viduis diuisisse spolia: & residua ipsos cum suis habuisse.* 2. Mach.

Ità Reges posse *facere sibi amicos de mãmona iniquitatis.* Luc. 16.

Sic leonẽ generosũ animal, de capta præda partes alijs animalculis relinquere.

Sic Maximos olim bellatores prædas contemsisse, gloria victoriæ, & liberatione Reip. contentos.

Senecam ità scripsisse de Hercule: [d] *Hercules nihil sibi vicit, orbem terrarũ transiuit, non cõcupiscendo, sed vindicando. Quid vinceret Malorũ Hostis, Bonorum Iudex, Terrarum Marisq; Pacator?* d Senec l. 1 de benef.

P. AE-

e P. AEmylium Romanum, victa Macedonia, nihil, ne filio quidem, ex prædâ regia, præter bibliothecam, dedisse.

e Plut. in vita Æmilij.

Ciceronem, cùm Imperator esset, ità sensisse, ità de se scribere: f *De præda mea præter Quæstores vrbanos, id est populum Romanum, nec adtigit, nec tacturus est quisquam. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, vt & mihi & populo cautum sit, sine vectura periculo.*

f Cic. li. 2. epp. fam. ep. 17.

Imperatores illos veteres, adeò à prædâ deuicti hostis solitos abstinere, vt plerique deindè post ingentes victorias, pauperes victitarint; Alicuius funus publico ære curari debuerit; Alicuius filia, dote publica sit in matrimonium elocata.

Lucium Valerium defunctum suo Consulatu, adeò pauperem, vt nummis à pop. collatis, eius sepultura curaretur.

g Menenium Agrippam, ingeniosum illum Patrum populique Romani pacificatorem, sepulturæ honore fuisse cariturum, nisi à populo collatis in capita sextantibus funeratus esset.

g Valer. Max. l. 4. c. 2.

Tamerlanem ipsum, Tartarum licèt & barbarum, cùm illi post victum captumque superbum Baiazetem Turcarum Imperatorem, Imperator Græciæ per Oratorem gratias ageret, atque adeò Imperium illi suum offerret, vultu modesto respondisse dignè Tamerlano, imò Christiano: *Non se tàm procul venisse, ad Imperium locupletandum, ac nouis vr-*

rarum

rarum additamentis propagandum: Impar hoc esse tantis laboribus, venisse magis, captando preciosiori lucro honoris, gloriæ & famæ; Voluisse in libertatem adserere Constantinopolim, vrbem tàm antiquam, ac magnificam, vt nomen suum æternæ posterorum memoriæ consecraret; Se non adeò vilis proiectæqúe animæ, vt voluerit amico periclitanti opem ferre, studio posteà imperij illius occupandi.

Quinimò, eundem Tamerlanem, vt magis Imperatori gratificaretur, magnam illam atque antiquam [h] Bursiæ vrbem, eius dominio restituisse, ac fœdus deindè arctissimũ vtrumque percussisse.

h *Liber quidam Cal. de orig. Turc. pag. 69. & seq.*

Neque Christianis æuo superiore tales aliquos defuisse.

Carolum enim V. Imperatorem Belgam, Regi Timetano, expulso AEnobarbo regnum restituisse, exiguo sanè tributo illi imperato.

Carolo eodem V. imperante, Equitem quemdam Germanum, cui nomen esset Sebastianus de Flechenstain, virum Nobilem, & militem insignem, sacculum, quem ei in conflictu atque inter dimicandum, Turca quidam nummis plenum, veluti redemtionis pretium, obiecerat, ex equi sella, in quam forte fortunâ inciderat, tamquàm victoriæ remoram, indignanter reiecisse, his verbis; [i] *Ad ditem vestrum hinc abite, diuitiæ: non enim hic aurum, diuitias, aut alia huiusmodi irritamenta malorum quærimus,*

i *Melchior Soiterus lip. 2. de bello Pannonico.*

mus, sed virtutis præmium potiùs, honorem & gloriam militarem.

Eas maiorum virtutes, Principibus Christianis, hoc bello in Turcas sacro, ab Inferis excitandas, ne sua magis, quàm quæ Iesu Christi, quæsisse videantur.

Quandò enim Romam, ac totam pænè Italiam (instar Constantini illius, & Caroli, Magnorum) Ecclesiæ cederent alioq; emigrarét, qui nolint eidem vrbeculas aliquot Turcis ereptas, sed aut litigiosas, aut nimium metum partibus facturas, dono dare cum magnis Dijs?

Aut (inquisse Beatorum Senatum) ne fortè aliquis Hieronymus rediuiuus, nõ nimiùm de Constantini imitatione lætetur, aut dicat,

k D. *Hier. ep. ad Nepotianum quæ incipit*, Petis à me Nepotiane.

k *Nùnc, cùm paupertatem domus suæ pauper Dominus dedicarit, cogitemus Crucem eius, & diuitias lutum putabimus. Quid miramur, quod Christus vocat iniquum Mammona? Quid suspicimus & amamus, quod Petrus se non habere gloriosè testatur?* neue tandem improperet,

l *Idem in vita Malchi captiui Monachi.*

l *Christi Ecclesiam, postquàm ad Christianos Principes venit, potentia quidem & diuitijs maiorem, sed virtutibus minorem factam esse:*

m *Cic. de Off.*

Neue sit, qui ambitiosè propheter, & dicat, Ecclesiam non aliter diuitijs, quàm m Spartam auaritia olim, perituram:

Neue Ecclesię militantis opes reddere velle diceretur illa triumphans inuidiosiores, & regno Pontificio (vt maleuoli loquuntur)

am-

Digitized by Google

amplificando nimis ſtudere, addidiſſe: Quid ſi in Religioſos quoſdam Ordines vbiq; mediocri cenſu annuo dotandos, & præcipuè in Virginum domos illa litigioſa conſumerentur, quarum ſolitudini ac perfectioni à paupertate (nũc forſitan nimia) multũ detrahitur?

Nimiùm enim fortè foris verſari, nùnc (quaſi ad eſcam auiculæ) ad neceſſaria vitæ diſquirenda, paupertate vrgente, quidam coguntur, & viri ipſi, & proh dolor! alicubi & ipſę Virgines Sacræ, itẽ nimium ſeruire, Ancillari, fortè & Adulari, aut Veritati parcere, ne eleemoſynæ ſubtrahantur.

Silueſtrũ Pont. Max. valdè laudari, qui prouiderit vt Clericis copioſis egẽtes cõiungerẽtur, & Sacris Virginibus, quę ad victũ neceſſaria eſſent, ſuppeditarentur. n *Bre. Rũ. 31. Decãb.*

Sanctam quoq; ac ſalutarem fore Principũ cogitationẽ, ſi litigioſa quædã in præda, ita Chriſto in membris eius impartiantur.

Atq; his de prædę partitione cõmuniter dictis, cũ neſcio quis vnus interrogaſſet; ſed quis ibit nobis? *Fac nobis Deos, qui nos præcedant,* da Duces belli, clamat è radice montis in cœlum populus Iſrael; Tunc magnũ illũ quõdam Imperatorem Germano Gallũ Carolũ Magnum ità excepiſſe, & de Imperatore illius belli diſputaſſe.

A Fabio illo Max. optimè dictũ; o *Quemlibet Nautarũ vectorumq;, tranquillo mari, gubernare poſſe, vbi ſæua orta tẽpeſtas eſt, ac turbato mari rapitur vento nauis, tùm viro & gubernatore opus eſſe.* o *Fabius apud Liuium de Imp. deligend. ad pop.*

Digitized by Google

Ergò cùm *non tranquillo* nauiget Petri nauicula, *sed iàm aliquot procellis submersa pænè sit; quis ad gubernacula sedeat, summa cura prouidendum, ac præcauendum.*

Vt concurrant in bellum hoc cuncti Reges p *cui Ducatum dabis? Quis ordo in exercitu erit? Quæ disciplina militaris? Quæ obedientia? Quis pascet tantùm populum? Quis intelliget varias linguas? Quis reget diuersos mores?*

p Pius 2. lib. 1. epp. ep. 127.

Obsessam olim Aconem seu Ptolemaidem, cum ab alijs, tum à duobus potentissimis Francorum & Anglorum Regibus, Philippo & Richardo, sed quod neuter alterius vel tertij alicuius imperium ferre poterat, non semel natis dissensionibus, res in apertum discrimen deuenisse, & capta ciuitate, vix deindè amplius operæ pretium aliquod factum, diuisis Regũ, ac deindè & militum animis.

Quis igitur præeat, quis subeat? quis præsit? quis subsit?

Certè imperare hic ac præesse, ante omnes deceat Imperatorem Germaniæ, quæ dignitas propè aliud non dicit, quàm Christianorum armatorum Ducem.

Illum igitur id ante omnes deceat, si tamen qui tunc temporis Imperium geret, tàm fuerit re & belli artibus Imperator, quàm nomine & gradu, & si ei libebit, aut licebit per valetudinem in medijs castris esse.

Quid verò si tum imperet, qui tantæ moli sit impar; aut si par quidem, sed per valetudinem

Digitized by Google

nem aut quiduis aliud, non posſit; aut fortè etiàm nolit? Quis ducet?

Vt Hiſpanus aliquis Dux ſit Germanorum, Gallorum, Polonorum, Anglorum aut omnium cæterarum nationum? Vix ſperandum, à cauſis aliquot.

Vt Gallus Dux ſit Anglorum, Polonorũ, Hiſpanorum? &c. Non ferant, ſaltem natio illa, quæ ſe audet dicere natam dominari.

q *Nec quemquã iàm ferre poteſt Cæſarue priorem,*
Pompeiuſue parem. q *Lucan. 1 Pharſ.*

Cauſaturam modò iſtam, modò aliam nationem, fieri poſſe, vt ſi alteri ſubſit, ſæpè propter odium vetus, aut tandem ſubiugandæ ſuę gentis hic debilitatæ deſiderium, apertis periculis ab illa exponatur, mittaturque ſtudio vbi fortiſſimum ſit prælium inſtar Vriæ.

Optandum magis forſitan, quàm ſperandum, Chriſtianos ſaltem non minùs ſapere, quàm Ethnici, qui ob publicum bonum ſæpè priuatas inimicitias depoſuerunt.

Vt ſperandum ſit, imò iàm in promtu ſit, & in manu habeatur, vt Gentes cæteræ molliter ac libenter altera alteri, imperium cedant; Germaniam tamen ipſam Imperium hoc etſi diarium, nulli alteri à ſe Genti forſitan ceſſurum, vt quæ ſeptingentis iàm annis Imperio ſola potita ſit; Atque vt cedat, vt ſint quædam rerum & honorum vices, ægerrimè tamen fortè ceſſurum ipſum Imperatorem cuiquam tantam Dictaturam, etſi breuem & mòx depo-

nendam, ne solum nomen Imperatoris sine re teneat; vt qui ab Iulij Cæsaris (qui primus omnium Imperium hoc obtinuit, ac posteris reliquit) deriuetur, *Sic enim domus Austriaca initium habere;* r Pij 2. senso) è cuius maioribus plurimi Romanorum reges fuere (ex familia enim Austriaca multi iàm Cæsares, & septem ac plures continui absque vllo interuallo prodiere; anniscj iàm plus minùs ducentis ea defendit Imperium, continuis ex se Imperatoribus ab Alberto Austriæ Duce hactenùs) & cuius ditionem Austriam Turcicæ calamitates maximè adtingat, indè enim ab extrema Vngaria, vsque ad agrum Viennensem aliquoties Turcas peruenisse.

r Pius 2. lib. 1. epp. 78.

Dicturum fortassis; rarò Imperium sine vita deponi; vitam deponi cum gloria sæpè; Imperium, nunquàm sine dedecore.

s T. Liui. decad. 1. lib. 5.

s Pop. Romano Camillum Dictatorem affectante, *Ceditium contrà negare se commissurum, cur sibi aut Deorum aut hominum quisquam imperium finiret potiùs, quàm ipsemet memor ordinis sui posceret imperatorem.*

Vt etiàm cedat Imperator ipse, ac domus Austriaca, annalem tantùm eam dignitatem, vel quasi imperij pondus molestum à seque iàm tamdiù gestum, nimia fatigatione deprecans, vt quondam Pompeius Magnus, &, vt Atlas Herculem, desiderans gestandi Olympo successorem; vel quasi alijs familijs non inuidens tanti Honoris communionem; vel quasi obui-

Digitized by Google

obuians maledicis illis, qui ſuſurrant, eam videri, velle quaſi ſuum & hæreditarium facere Imperium, & creare Auſtriam Germaniæ Dominam; vel quaſi, Imperij ceſſione Gallos illo metu liberans, quo mouente à nonnullis creduntur iamdiù fœdus cum Turcâ percuſſiſſe, neq; voluiſſe ſub Pio V. neq; modò velle aut vtiliter poſſe cum Chriſtianis cæteris arma in Turcam coniungere: Tamen difficillimum fore bona pace omnium, idoneũ tot Nationũ caput, & Ducem inuenire.

Certè Romanos, vt vt ambitioſiſſimos, aliquandò ceſſiſſe Magiſtratibus magnis, amore Reip. quos eiuſdem amore acceperant, atque opportunè geſſerant.

Fabium [illegible]mũ olim cùm à ſe quinquies & à patre, auo, [illegible]auo, maioribuſq; ſuis ſæpe numero Conſulatum geſtum animaduerteret; Comitijs, quibus filius eius, ſummo conſenſu Conſul creabatur, quàm potuit conſtanter, cum populo egiſſe, vt vacationem aliquandò huius honoris Fabiæ genti daret: non quòd filij virtutibus diffideret (erat enim illuſtris) ſed ne maximum imperium in vna familia continuaretur. t *Valer. Max. li. 4. c. 1.*

Fa[illegible]iàm nobiliſſimam illam familiam ità tùm ſponte cedere, ſaltem ad tempuſculum illud, quo Sacrum illud bellum geratur armis communibus omnium, vel ipſum omninò Imperium, vel

imperialem dumtaxat illam ducendorum tùm Christianorum functionem; quem tandē sufficias?

Post multas ergò & profundas cogitationes, ità proposuisse Carolum illum Magnum Germano-Gallum:

Ecquid, si horum modorum aliquo procederetur? 1. *Diuisione duplici*; 2. *Vicissitudine*; 3. *Sodalitate*; 4. *Sorte*?

*1. DIVISIONE prima; si *nec mihi, nec tibi, sed diuidatur*, id est, si nec Gallo, nec Hispano aut Anglo &c. sed diuidatur; id est, si Rex nullus qualibet potens & magnus, solus & vnicus, tantum agmen ducat, sed quilibet sui tantùm populi, & volonum sequacium dux esto, inuadaturque tùm diuersis partibus, itineribus, & exercitibus, immane illud Turcarum Imperium? ac tùm nulli externo fore inuidendum, si proprius Rex aut Princeps, pop. suum, & populos alios Volones ipse ductauerit.

Noæus in Politi tis, discurs. 22.

Noæum enim, magnum illum belli Ducem, hunc modum non improbasse, cùm ait, *agminum, quæ per Hungariam inuaderent, Ducem conuenienter esse posse Imperatorem ipsum, comitatum auunculis vel patruis suis & fratribus, nec non Ducibus Saxone, Casimiro, & alijs Germaniæ Principibus, Comitibus, Chiliarchis, à quibus omnibus & heroica facta, & regimen bonum sperari posit.*

Gallorum verò & adiunctorum Ducem, vel Regem

pem Nauarræ Henricum Borbonium, quem ſtudio benè gerendæ rei, & magnanimitate nemini cedere ait; vel Ducem Lotharingiæ, cuius maiores Turcam tàm olim domuere, & ſperandum ait, pari nùnc quoque felicitate pugnaturum.

Naualis verò exercitus Præfectum, vel Ducem Saubaudiæ, propter ſpem de eius magnanimitate conceptam, item autoritatem, per nuptias cum Hiſpano contractas, vel Alexandrum Farneſium Parmæ Ducem (tùm adhùc ſuperſtitem) *propter multam rei militaris in ipſo experientiam, ibi maximè neceſſariam.*

Sed Eccleſia periſque eorum nũc per mortem, proh dolor! immaturam deſtituta, quærendos eſſe alios, ſed viros militiæ peritiſſimos, & autoritate maximos, & benè idoneos, ſcienter tractandis tot nobilium virorum ibi adfuturorum, & maximè duarum nationum alioqui ſatis intractabilium, ingenijs.

De Columnis, de Dorijs, de Spinolis, de Guiſianis, de Buſquoyijs, de Mauritijs &c. hic cogitari quid vetet?

Imperatorem ergò Hiſpanorum ac reliquarum Gentium ſuarum, hàc Regem Hiſpaniæ eſſe poſſe, illac Regem Gallorum; iſthàc Regem Anglorum, atque ità de cæteris, quemlibet Regem copiarum ſuarum ductorem, & præterea Volonum, ad Turcicam tyrannidem, velut vnam aliquam amplam vrbem vndequaque obſidendam, aut feram aliquam ingentem latè graſſantem, in ſylua ſua, vndique indagine multiplici cingendam, aut hy-

Digitized by Google

dram multicipitem multis securibus vndique inuadendam. Quidni? primis consessibus, excellentijs, &c.

*j. AD LITES enim tàm de Imperio, quàm de prædarum aut vrbium captarum partitione, tollendas, hoc prodesse posse.

Fore scilicet tunc meritò, omnia occupantium.

Qui parcè seminat, parcè & metet; & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

Labores manuum tuarum quià manducabis. Non feret alius, vt alius commedat.

*ij. AD VITANDAS confusiones, quæ in amplitudine nimis numerosi exercitus (maximè cùm varijs Gentibus constat) accedere vt plurimùm solent. *Vbi turba, ibi turba.*

xPius II. ep. 127. lib. 2. Dictum iam olim à Pio II. x *Si pauces contra Turcas ducis, facilè succumbis: si multos, confunderis.*

Demarathum ipsi Xerxi, apud quem exulabat, verè prædixisse: *Illam ipsam, qua sibi placeret Xerxes, multitudinem indigestam & grauem, metuendam esse ducenti. Non enim vires habere, sed pondus. Immodica regi non posse. Nec diu durare, quod regi non possit. Victum illum iri, antequàm sentiret.* y Ità porrò accidisse, Xerxemque gratias ei egisse, quòd solus vera ei dixisset, &, quod vellet, petere permisisse.

yIustinus lib. 2.

Vtrumque Alexandrum Magnum, & illum

lum Ethnicum Philippi Macedonis filium, & illum Christianum Scanderbergum, aliàs Castriotum, non magnos exercitus duxisse.

Alexandrum enim Philippi, triginta milia; Castriotum, nunquàm supra sexdecim milia secum traxisse pugnatorum, & vicisse. Castriotum certè quadrageſ eoq; amplius prelio cum Turca pugnasse, ac vicisse, parua quidem, sed ordinatissima acie terribilem: Alexandrum magnum, orbis imperium illa exigua manu inuasisse.

*iij. AD TVRCAE vires distrahendas, qui numero & Lunatis agminibus Christianos ferè solet obruere.

Sic enim illum à Christianis, velut vnam vrbem diuersis simùl irruptionibus, facilius dissipatum iri, & capillatim totum velut decaluandum, qui integer & totus nũc vix Germanos & Hungaros sustinet, vna dumtaxat parte inuadentes.

*iiij. AD AEMVLATIONEM acrem & bonam inter Christianos exercitus proseminandam.

Cùm enim fama audiet vel Gallus Hispanum, vel Hispanus Gallum, & Gens quæuis aliam Gentem, quamque in suo cornu, id est, in Prouinciâ sua rem benè gessisse, Turcam hic fugasse, hic fudisse, hic vrbẽ illi aut arcem munitissimam, quasi clauam de manu Herculis extorsisse; pudore suæ tũc quemq; ignauiæ, & alienæ laudis æmulatione, ad paria aut maiora præstanda haud dubiè accensum iri

Digitized by Google

iri, vt sunt hominum ingenia, & maximè militum, qui omnes cupiditate gloriæ trahuntur.

Gloriam æmulos comparaturum, æmulationem præclara vbique facinora cuique vel inuito extorturam.

Miltiadis trophæa non passura dormire Themistoclem.

Dicturam quamque Nationem, audita victoriarum aut egregiorum facinorum alterius famâ; *Turpe se silere, ociari &c. & Isocratem pati dixere*, rem facere, vincere, grandescere, locupletari &c.

[z] *Iuuenal. Sat. 1.* [z] *Semper ego audiror tantùm? nunquamne reponam,*

Vexatus toties rauci Theseide Codri?

* v. AD NON ità desperandum, euentibus belli (vt fit) parùm fortunatis, ac si tota vis Christianorum simul ac semel fusa esset.

Vt enim ab vna parte aut Gente res malè geratur, adfuturam mòx alteram, quæ virtute maiore aut vigilantia refarciat. elatumque Turcam vna hic victoria, mòx alibi retundat, & victoriarum eius torrẽtem, ac cursum mòx sistat.

Genes. 32. *Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma quæ reliqua est, saluabitur.*

*ij. DIVISIONE ALTERA. Si *nec mihi nec tibi*, sed si iterùm *diuidatur*, id est, si nec Imperator ipse, nec Regum quisquam inuicem æmulantium, aut sibi inuicem, ab aucta alte-

Digitized by Google

alterius potentia, metuentium, imperet, sed ex minoribus, neque inuidendis, aut valdè metuendis, vlli Regum aut Principum, quispiam, à Regibus vnà omnibus aut eorum Legatis, cæterisque Maioribus Minoribusque Principibus & Rebuspubl. paribus suffragijs, in procinctu ipso eligendus, aut à Pontifice, vel Imperatore ipso Germaniæ, vel vtroq; simul, nominandus, quasi dictator annuus.

* VEL; si nouus aliquis, Rex Ierosolymorum, aut Imperator Constantinopolitanus honorarius, seu titularis, initiò, ante motionem castrorum domi creetur & vngatur, vt eum dignitas illa tanta faciat militibus venerandum; & paruæ opes nullis Regibus metuendum; & sperata bona, rebus hoc bello benè gestis, fortem & audacem, quasi quotidiè manè surgens cælitus audiret sibi dici; *Ecce pro quibus pugnas, sic curre, vt comprehendas*: &; *conare esse, quod diceris*, ne dicaris *magni nominis vmbra &c.* & denique, vt ipsa gratis accepta potentia reddat modestiorem, & Regibus cæteris amiciorem.

Regis creationem ac nomen habere vim magnam, vt sciat ipse pro quo pugnet, & reliqui, pro quo pugnetur, & à quo coronæ, & palmæ aut lauri sperentur.

Idcircò Henrico III. in Gallia cæso, quosdam censuisse, Regem quempiam vnum fuisse mòx creandum, ac confœderatis præficiendũ, qui & pro nouo Imperio animosiùs pugnaret, & plures secùm, promissis vel ostentatis præmijs,

Digitized by Google

mijs, in societatem belli pertraheret.

*Deniqve Carolum illum Magnum adieciſſe; Ecquid ſi vel Pontificis Max. Imperatoris, & Regum conſenſione, aliquis non tàm nobilis, quàm fortis, & artium belli egregiè peritus miles, è multis, ex quacunq; tandē Gente, catalogo propoſitis, eligatur; quē non Imperatorem quidē (propter periculū in illa voce occultū) ſed Dictatorē vocent, annū ſaltē, & ab inſtitutionis ſuæ die deinceps imperaturū caſtris, quamdiu Regibus placuerit, & virtutes eius mereri videbuntur?

Quidni? ſi tamen ille Electus mòx obſides dabit dignos tanto Magiſtratu, vel Patrem & Matrem, vel vxorē & liberos &c. vt credi poſſit, bona fide omnia acturus, & imperiū, quoties, & quandò iuſſus fuerit, depoſiturus?

Quidni? Non enim ex genere, ſed ex arte habere quemquam, vt bonus militiæ Dux eſſe poſſit, ſicut nec bonus in mari nauclerus naſcitur, ſed vſu fit.

a Onoſandr lib. de re militari cap. 2.

a Onoſandro videri, *Imperatorem non legi oportere iudicio generis ſeu ſucceſſione, tanquam Sacerdotes, neq; reſpectu facultatum, ſicut Gymnaſiorum Præfectos, ſed Probum &c.*

b Lucan.
c Plautus.

b *Emitur virtute poteſtas.*
c *Virtute ambire oportet, non fautoribus.*

Potiſſimam cauſam ſemper fuiſſe hinc imperandi, illinc ſeruiendi, virtutem hic maiorem, illic minorem.

d T. Liuius l. 3. Deca. 1

d Priſcos Romanos, rebus deſperatiſſimis, Dicta-

Digitized by Google

Dictatorem, quem omnium primum creārūt, ad ſtiuam in agro ſalutaſſe, atque inde adſciuiſſe bello in AEquos gerendo, quos & ille fœliciter ſubiugauit.

e Tullum Hoſtilium in agreſti tugurio natum, pòſt in adoleſcentia paſcendo pecore occupatum, tandem Romanum imperium ſciētiſſimè rexiſſe. *e Valer. Max. li. 3. c. 4.*

Gordium neſcio quem (à quo prouerbium nodus Gordius) è ruſtico, & adhùc lora plauſtri geſtante, repentè Regem Phrygiæ creatū olim fuiſſe.

Sed & ad *f* Gedeonem excutientem adhùc & purgantem frumenta, in torculari, rem ſummam Iſraelis diuinitùs delatam, aduerſus Madianitas obpreſſores. *f Iudic. 6.*

Tamerlanem illum Magnum à nonnullis credi paſtoré ouiū, ab alijs etiam ſubulcum fuiſſe.

Ioannam illam Aurelianenſem regni Gallici alteram parentem ruſticam fuiſſe.

In Imperatorem olim Romanum, militem quēuis fortem, è medio caſtrorū, ab ipſo exercitu fuiſſe nominatum.

Sic ſæpè bello Belgico, milites à ſignis auerſos, nō Ducé ex Ducibus ſibi præfeciſſe, ſed ex gregarijs electū; maxima deinde ſuorū obſeruantia, magno ſæpè aduerſariorū ac Dominorū ſuorū terrore, & tā fœlici malitia imperantem, vt ſummi militiæ magiſtri, magiſtris illis belli vti poſſent.

Amaſim AEgypti Regem puſillum ante re-

Digitized by Google

regnum fuisse, & Agathoclem, & Herodem ipsum quo regnante natus est Christus.

Fieri tùnc *ex lebete phialam, de vase contumeliæ in vas translatam gloriæ.*

Nec Neotericum esse, verum legitimumque Dominum ac Regem, tali Electo parere.

Sub vno Agamemnone sic creato, Regem ipsum Menelaum, pro cuius vxore Helenâ pugnabatur, & Reges cæteros omnes numero quinquaginta coniuratos, ad Troiam, toto decennali bello, militasse.

Et videri æuo currente Marescalcum Castrorum, etiàm ipsi propè Principi dominari,

Maior seruiet minori.

Et fuisse causam ac tempus, quo Abrahamus iusso Dei, vel Saram vxorem audire, atque ei obedire debuerit, in Agar ancillæ (à qua Agareni isti Mahometani) eiectione.

Anno millesimo nonagesimo octauo, exercitum illum famosissimum ex Gallis, Germanis, Italis, Anglis, Scotis, Hispanis, Danis, Burgundisque confectum, vni non Regi, sed Duci Gothifredo Bullionio non illibenter paruisse.

Scribi à *g* nonnullis, Adamarum Episcopum Podiensem, virum tam diuinarum rerum, quàm humanarum cognitione insignem & in rebus gerendis fœliciss imum, tempore expeditionis Bullionææ, totius exercitus (qui tre-

g Robert. Monach. lib. 1. de bello sac.

trecentis, secundum aliquos: sexcentis, secundum alios, milibus Christianorum Cruce signatorum constabat) moderatorem ab Vrbano Pontifice, consensu Episcoporum, fuisse designatum, cùm scilicet initiò nondum Princeps satis magnæ autoritatis inter cruce signatos esset, qui creari Dux posset.

h Petrum quoque ipsum Eremitam, multis (etsi satis infœliciter) tamen Ducem fuisse, per Alemaniam atque Hungariam, versus Syriam proficiscentibus, vt qui scilicet cæteris sanctitate præeminere crederetur, & magna ex parte orbem Christianum ad hoc bellum animasse.

h *Iac. Philipp. Bergomas li. 12. hist ad an. 1096.*

Imò verò, vt Iohannam Virginem cognomento Aurelianensem, sub Carolo 7. Gallis aduersus Anglos fœlicissimè impetrasse.

Vt i *à cane non magno sæpè tenetur aper:* sic nõnunquàm magnas ab ignobili, & nouo homine prouecto, victorias obtineri.

i *Ouid.*

Nulli dubium esse, quin, vt Lycurgi molossus venationi adsuetus, fœliciùs venabitur, quàm canis genere quidem venaticus, sed venari desuetus, & inter offas magis & ollas carnium, quàm syluas versatus; sic miles gregarius duris adsuetus, & bellis multis exercitatus, faciliùs ex illo hoste victor redeat, quàm quicunque molliter in Aula natus, semperque in vmbra versatus.

Zischam illum Hæreticorum olim in Bohemia Ducem plebeium, miraculorum belli

patratorem, si à Catholicis stetisset, Terram Sanctam de Turcarum manu, extorquere potuisse.

*2. VICISSITVDINE. Si Reges Hispaniæ, & Galliæ alternatim, ac cæteri vicissim imperent, vt olim Consules Rom. & exacto quisque anno suo, alter alteri fasces tradat & imperium, id est belli illius sacri summam.

Id si fit; tùm ad tollendam fraudem, ac mutuam illam Gentium diffidentiam, videri vtile, nationes nationib⁹ permisceri, id est, vel cohortes partim Hispanis, partim Gallis, partim Italis, partim Belgis &c. constare: vel agmina ex cohortibus his Gallicis, his Hispanicis &c. conflari, vt omnes vel æquè & simul periculis exponantur, vel æquè & simul omnibus parcatur, indulgeatur, prouideatur, gloria rectè factorum communicetur.

Alioqui segregatis tùm Gētibus, & agmina & cornua separatim facientibus, iure timeri posse, ne suis Duces plus nimio parcant, alienigenas nimis exponant, quilibet ordine vicis suæ, & quasi per talionem.

*3. SODALITATE. Si omnes Reges simùl pari imperio regant, genere quodam Aristocratiæ illustrissimo, & Senatu ex meris Regibus, & Rerumpublicarum Principibus, aut ipsorum Legatis, constituto.

Quidni? Turpe enim fore, si possit vnius vrbis Senatus, tot constans capitibus, perpetuò concors esse, non possint verò aliquot Reges, spa-

Digitized by Google

spatio quatuor aut quinq; annorum, concorditer bellum gerere. Non enim diuturnius bellum, quã quadriennale, requiri à Duce Noæo Ferrimano, ad Turcam debellandum. k *Noæus discursus 22. Polit.*

l *Et esse in magnis negotijs maioris securitatis sæpe dem, dùm plures inpericulo aliquo coniunguntur.* l *Onosander de re militari c. 3.*

Ac tùm licitum fore, Hispanis seorsim cum Hispanis, Gallis cum Gallis (atque ità de cæteris) separatis agminibus militare, vtpote Regibus in concilio Regum satis nationi suę canturis, ne malè exponantur:

m Nestoris annosi consilio scilicet, qui Gẽtiles Gentilibus, cognatos cognatis monebat adgregari. m *Homer.*

n *Esse Imperatoris prudentis hoc quoq; sic ordines collocare, vt fratres cum fratribus, amici cum amicis coniungantur. Vbi enim periclitantes à proximis diligantur, ibi necesse esse amantes pro illis propugnare audacius. Pudorem quoq; & metum infamiæ prohibere bene de se meritum deserere, neque gratiam ei referre.* n *Iliad. 2. Onosander de re milit. c. 25*

Ex Geneſi videri, iam olim fuisse tale Collegium Regum, & illam Regum Aristocratiã, cùm scilicet progressi dicuntur *quatuor Reges, aduersus quinque.* *Genes.*

Vt pares erant dignitate, ità pariter imperasse.

A septem Magis olim, Regnum, resque Persarum administratas fuisse.

A quinquaginta simul Regibus Aulide cõiuratis, Troiam deletam, cùm Helenam raptã Paris non redderet.

Digitized by Google

o Olim *Godefridum Ducem*, *Boemundum*, *Reymundum Comitem*, *Robertum Flandrensem*, *Reymerum Episcopum de Podio*, *Robertū de Normannia*, *communi consilio & pari conducta* moderates Christianum militem, per mediā Romaniam incedentem.

o *Anonymus auctor Chronici Ieroſolymitani li. 3. c. 27.*

p Gandauum Flandriæ Metropolim, olim à ſeptem ſimul ſeu Principibus ſeu Regibus, obſidione ſeptennī cinctam fuiſſe, vndè & ſeptem templa ab ipſis condita, quo quiſq; tùm loco caſtra poſuiſſet, ad memoriam rei ſempiternam.

p *Vide Guiciar. Ludinū li. de Belgio, & Surium hiſt. ad annum 1560*

Quid? ſed neque ipſum penè Mundum regi aliter videri, quàm Ariſtocraticè, & à Triumuiratu illo ter maximo, ſi Trinitatem adtēdis perſonarum.

Nec eſſe pluribus Dominis ſeruire, parere Ducibus multis, cùm ducendi omnibus eadem cauſa, eadem arma, idem animus, idem finis, idem imperium, quaſi Geryonis vnius tricorporis.

* 4. SORTE. Si multitudo principantium mala (vt vult Ariſtoteles, & communiter omnes) ab omnibus & ſingulis impetrandum; vt ſaltem communes copias communiter deducant in hoſticum, ad locum ferè vſque pugnæ, procul ab hoſte ſpatio tridui vt minimum, ibique (primùm benè vallatis caſtris, & ab hoſtium iniuriâ ſatis præmunitis) ſub ſignis & aquilis electionem Imperatoris ſeu Ducis omnium, ex Regibus ac Principibus ibi præſentibus inſtituant, vel ſorte illa militari (quali vtun-

Digitized by Google

vtuntur milites vel pugnaturi, vel in portis excubituri) vel tot ſagittarum aut haſtarum, quot ſunt Reges ac Principes, in vnum faſciculum collatione (nomine Regis vni tantùm haſtæ ſubſcripto) earumque ex faſciculo illo benè ordinata ſubtractione. Cuicunque aut Regi aut Principi contigerit haſta Regis nomine inſcripta, is irrefragabiliter eſto Dux & Imperator omnium (quod ferè in re ſimili à q Saracenis olim factum narrant) vel ex primo equorum hinnitu (quo modo regnum Dario contigit) vel Regum inter ſe, ad annulum, aut aliud ſignum ſeu ſcopum poſitum, haſtiludio dexteriore ac certiore: vel curſu, à carceribus ad metam concitatiore (quæ viæ communes ſunt ad brabiâ & coronas.)

q *Maxim. Tyrius li. de Bello ſacro.*

*j. OMNES enim tùnc *quidem* pro ſe & ſine fraude *curſuros, ſed vnum,* ſine fraude quoque, ac ſic omnium pace, *accepturum* ducendi totius exercitus Chriſtiani *brauium.*

Sic currere vnum quemque poſſe, *vt comprehendat*, & imperet illo tamẽ dumtaxat, bello, nullo Imperatoris Germaniæ, aut Regum commilitonum detrimento.

*ij. EAM IMPERATORIS creationem, inuidia, & corruptionis, aut fauorum ſuſpicione, ac ſic indignatione (fauente Deo) carituram, vt virtute partam, non fautoribus.

Suaderi autem idcircò, electionem eam procul à patria cuiuſque, non propè fieri, vt nemo ex Regibus (quamlibet tùnc indigne-

Digitized by Google

tur, sibi Imperium non contigisse) pedem retrò ferre commodè possit, etsi maximè velit; tùm, vt magni sumtus tàm exitus quàm reditus, re infectâ vani futuri, à reditu ipsos deterreant.

Ei, qui fortè obijciat, periculi nonnihil habere, in oculis hostium stare, sine certo Duce, exercitum; responderi; Creationem illam Imperatoris, quouis modorum antè dictorũ, non magnæ moræ futuram; &, si adhùc acephalam aciem hostis inuaderet, nullum ex tot Regibus, rem suam & Christianam, ignauia aut obstinatione proditurum; omnes tùm Imperatoriè, & dignè, vti pro se, pugnaturos.

Vetusto exemplo confilium hoc niti. Primæ enim expeditionis Principes, ipsi demùm Alexio, Imperatori Constantinopolitano, principatum ductumque totius Cruce signati exercitus, iàm in hostiũ propè oculis positos, obtulisse.

1 *Max. Tyrius li. 2. c. 21. de bello sacro.*

Si tamen satius, omnia ante motionem castrorum domi constitui, & in his etiàm (vt certè sit optabilius eò consentiri) certum omnium Ducem, & quidem ex Regibus aliquem: Eligendum, si superuixisset, fuisse Regem Galliæ Henricum IV. Borbonium, quem credi, verè Catholicum fuisse, Ecclesia (quæ illum in gremium iamdudum recepit, & et regnum Galliæ, quod Hæreticum Regem non admittit, habendum permisit; cuius & affinitatem piæ memoriæ Clemens 8 non refugit) vehementer cogit; & abrogatum ab illo in Iesuitas

Digitized by Google

tas exilij perpetui decretũ, & pyramidis illius Parisiensis euersio, & in ipsos fauor deinde inusitatus, & qui nùnc it clamor cælo, persuadẽt.

Nùnc, quia proh dolor! quo fato, quis dicat? sic viuis ereptus est, & venit in locum suum; illi quàm simillimum eligi tanti belli Ducem, optandum fortè magis, quàm sperandũ.

In Henrico enim illo IV. penè omnia in Imperatore bono desideranda fuisse, & quasi concurrisse.

{ *In summo enim Imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, Virtutem, Auctoritatem, Fœlicitatem.* {Cic. orat. pro lege Manilia.

*1. SCIENTIAM rei militaris. Hanc si sibi arrogauit Henricus IV. Galliæ Rex, propè suo iure fecisse, qui natus in armis, & inter arma, in bello ætatem fere omnem consumpsisset.

Extrema pueritia, imò ex cunis vix elatum & propè in cunis ipsis, versatum in castris fuisse, inter legiones adoleuisse, creuisse inter prælia, ad illam vsque ætatem; militem primò summorum Imperatorum, indè periculosissimarum partium Imperatorem, tantùm artis militaris adsecutum, vt primus Mundi miles & quasi Mars aliquis rediuiuus haberi potuerit Imperatorem, vti & Oratorem, fieri, non, sicut Poetam, nasci talem.

*2. VIRTVTEM, quæ in eo quanta fuerit, quis nesciat? qui tot annos canitiem galea premere potuerit; qui tota penè Gallia ipsum Regem respuẽte & externis viribus adu-

uersantibus,& Ecclesia tùnc contrà illum stâte,nihil desperauerit?

Qui in castris ipse semper, vel in papilionibus, vel super faciem terræ instar Ioabi dormiens,militi suo medius adfuerit?

Qui, vt bonus Imperator semper rexerit, sæpè,vt bonus è grege miles, ipse pugnauerit?

Qui non per Legatos,Vicarios (& ferè dixi,per interpretes) sed ipsus ipsissimus fuerat prælijs Turcicis haud dubiè interfuturus?

tQuid. t*Ipse Eques, ipse pedes, signifer ipse fuit.*

Laborem in negotijs;Fortitudinem in periculis; Industriam in agendo;Celeritatem in conficiendo;Consilium in prouidendo,Henrici illius IV. proprias fuisse.

Mansuetissimum in suos, in hostesin hostico ferocem extitisse.

uCic. ora. pro Lege Manilia. u*Vehemẽter pertinere ad bella administranda, quid hostes,quid socij de Imperatoribus vestris existiment, quis ignorat? cùm sciamus,homines in tãtis rebus, vt aut contemnant aut metuant, aut oderint, aut aliquem opinione non minùs fama,quàm aliqua certa ratione commoueri.*

Chabriam Athenienscm illum & Philosophum Imperatorem inclytum crebro sermone vsurpasse, *Terribiliorem esse ceruorum exercitum, duce leone, quàm leonum,duce ceruo.*

xFlorus li 2. de gestis Rom. Et hoc ipsum à Pyrrho illo Epirota satis insinuatum,quum diceret (paulo tamen arrogantiùs) x*O quàm facile erat orbis Imperium occupa-*

cupare, aut mihi Romanis militibus, aut me Rege Romanis.

y *Nec aliter* olim *magis adparuisse Hispani militis vigorem, quàm Romano duce Sertorio.* y *Idem lib.* 3. c. 22.

Tantùm in ducibus positum, vt vel audito illud (*Annibal ad portas*) Romanos penè exanimaret, & quondam Ioannis Hunniadis venientis, vel instantis sola mentione, liberorum suorum insolentiam ac eiulatum, nutrices Matresque, Turcia tota, compescerent.

Vt Themistocles, *malle se* aiebat, *virum egentem pecunia, quàm pecuniam egentem viro*; sic optabilius, Imperatorem sacri exercitus egere nobilitate, seu generis claritate, quàm Nobilem egentem virtute.

Ignobilem, sed fortem, sua virtute rem Christianam restituturum, & suis initium generis ac nobilitatis daturum; nobilem, sed imperitum, & ignauum, imbellia omnia amissurum, & generi suo tenebras maximas obfusurum.

Non honores hominibus, sed homines honoribus exquirendos.

* 3. AVTORITATEM. Summam verò in Henrico illo fuisse quis non videt, cuius viuentis dicta propè velut oracula reciperentur? de cuius nutu motuq; & Catholici & Hęretici penè omnes pendebant?

Illum velut tribus digitis maximam orbis partem tenuisse, Diuitem longa iàm Pace, &

Digitized by Google

eâ, quæ magnum est vectigal, parcimonia, honoratum regnis duobus, ac deniqúe liberum à cuiusuis metu.

* 4. FOELICITATEM, quæ in Sacro Bello præcipuè hic exigéda, in illo autem Borbonio erat quàm maxima.

Duces aliquandò reperiri & audaces, & fama. & re vera fortissimos, sed adeò infœlices, vt *bis ad eundem*, quod vulgo dicitur, & bis eodem corporis loco vulnerarentur, sæpè victi etiàm optimè pugnando redirent, vndè & milites socios nonnunquàm dicere, *se malle vicenos, sed illo aut illo duce, quem fœliciorem arbitrarentur, in hostium, ad prædam ac velitationes, procedere, quàm isto infelici ductore numero commilitonum duplicato.*

Henricum illum IV. ità fœlicem in vita fuisse, vt bellum diu sine pecunia gesserit, milite interim nihil tumultuante; diu, sine vllo, nec hoc nec altero, Regno regnauerit & pro REGE auditus, atque honoratus à suis fuerit; Galliarum tandem regno inuitis propè astris potitus sit, in quo multum diuque ad mortem antè fuisset expetitus; insidias vitæ multas, nunc læsus nunc illæsus euaserit; vxorem speratam, contrà spem multorum obtinuerit; diu pauperrimus miles, tandem Rex ditissimus, potentissimus, & quid non? per tot discrimina rerum perrumpendo, euaserit.

Timotheum illum cognomento Poliorceten, aut Polycratem illum, beatum fortunæ alum-

alumnum, & pullum, in Henrico illo renatum credi potuisse.

Tantam eius felicitatem fuisse, vt si viuenti infelicitas Reipub. Christianæ huius felicitati commissa fuisset, benè sperari potuerit.

Sed alias quoque causas nominandi, creandique Henrici illius sacri belli Ducis fuisse.

Videlicet
1. *Fœderis Turcici eiurationem;*
2. *Exercitus Christiani incremētum;*
3. *Riualium gloriam;*
4. *Iustitiæ speciem;*
5. *Fata quasi quædam.*

*1. FOEDERIS Turcici eiurationem. Sic enim inescari illum potuisse, ad fœdus illud cū Turca iàm olim à Gallis contractum, & adhùc continuatum, vel iàm iàm, vel certè tandem aliquandò dissoluendum.

Vnum enim eundemq; esse simùl nō posse, & Ducem summum defensoremq; nominis Christiani aduersus Turcam, & socium aut fœderatum cum Turca, eiusdem nominis euersore iuratissimo.

Et facilè tùm hoc Henricum facturum, causa scilicet sublata illius fœderis olim contrahendi, nempè riualis potentiæ metu. Sic enim non modò recisa potentia, & quocunque alò translata, riuales suos minùs potentes visurum fuisse, sed etiàm potentia eadem ad se ad tempus translata ac deriuata, se solito potētiorem.

Regem, aliàs imperterritum, tunc non formidaturum fuisse, vbi non fuisset timor.

*2.

*2. EXERCITVS Christiani incrementum. Sic enim Reges plures ac Respubb. huic bello nomina operasque daturos fuisse, qui alioqui riualibus semper auctis, nimiam paucorum potentiam timentes, tergiuersantur.

*3. RIVALIVM GLORIAM. Cedentes enim illi eam gloriam tantisper publico bono, ac tùm etiàm, vt solent, Ecclesiæ obedientes, atque eadem fide adiutare pergentes, fidem facturos omnibus, se Deum propter Deum timere, & colere.

In quibusdam enim ità se res habere, vt *zcũ cæperint aliquibus tentationibus ea ipsa* illis *subtrahi, vel negari, quæ.... vel consecuti sunt, vel consequi cupiunt, tunc adpareat, vtrum lupus in ouinâ pelle sit, an ouis in sua.*

z D. *Aug. lib. 2. de Serm. Do. in monte.*

Non omnes Iobo similes esse, qui vt *bona de manu Domini suscepit, sic mala sustinuit.* Agitatos enim quosdam & cribratos, ostendere, non gratis se Dominum coluisse, nec *Iesum propter Iesum tantùm* sequutos, sed propter panes quoque ab illo distributos.

Prædam sequi turbam istam, non Deum aut causam, vti mel muscæ, frumenta formicę, candida tecta columbæ.

Concessione ergò illa Henrico illi IV. annalis, aut ad aliud tempusculum, Dictaturæ, riuales eius dignitatis probaturos fuisse, se verè esse, quod semper visi sunt, *non phantasma esse*, probitatem ipsorum, *sed carnem & ossa habere.*

Lapidem Lydium aliquandò auro solido tole-

tolerandum ac desiderandum, ne quis temerè aurum subæratum esse calumnietur.

*4. IVSTITIAE SPECIEM. Ista enim Honorum communicatione & vicissitudine, ostendi potuisse aditum ad Rempub. nulli bono clausum esse, patere æquè omnibus, non vnius dumtaxat soli, aut cæli, aut tecti propriam eam esse.

Sic Regibus alijs atque Principibus, illum animi vigorem reique benè gerendæ studium hebetatim nõ iri, honorum quasi præmij virtutis desperatione.

Virtutem sine palma & lauro non minus frigere, quam sine Baccho & Cerere, Virtutis illam subneruatricem.

Non vnum tantùm clima à Sole irradiari, nec angustis vnius parietibus includi, aut arctari gratiam Creatoris.

Anacharsidem etiàm inter Scythas reperiri.

*5. FATA QVASI quædam, quæ sequi & ipsis cooperari satiùs, quàm ab ipsis nolentes trahi.

Esse enim quosdam inter scriptores, qui palmarium illud de victa Gente Turcarum, Gallorum fore proprium commemorent, atque ità in fatis esse, si sic loqui licet, vt Turcam Gallus vincat. *Vide Oratorẽ Terra sãctæ.*

Baptistam a Mantuanum ità cecinisse: *Sacrosancta canunt nostrorum Oracula Vatum,*
Venturum ex Gallis Regem, qui nauibus altis
Nauiget in Syriam, Solymasq; ascẽdat in arces
Vi-

a *Mãtua. tom. 1. ad Insubrer.*

Victor, & asserto statuat noua regna Sepulcro.

Sed & eam communem inter Gallos & Lotharingos famam esse.

b *Vide Orat. Terra Sanct. Philippica 9. pag. 247.*

Imò ex ipsorum Turcarum *b* præsagijs haberi, Turcarum Imperium ruinæ iàm proximum, ad metam enim iàm mille annorum suorum plus minùs peruenisse.

Itaque futurum fuisse quodammodò fatis (vt sic dicatur) obsequi, si quo tempore debet Turca ruere, Henricus ille IV. Gallus, à cuius nationis gladio ruina illa futura promittitur, superuixisset, & Dux belli sacri ad tẽpus creari potuisset.

Res geri feliciter, si *cum Numine dextra* humana concurrit.

Laborantes à Superis adiuuari.

Iura fauere vigilantibus.

c *D. Aug.*

c *Qui creauit te sine te, nec* hic *saluaturum te, sine te.*

d *Isocrat. orat. de Pace.*

d *Decere eos, qui mediocri saltem ingenio sunt, spem suæ salutis non in hostium erratis & temeritate, sed in rectè factis consilijsq; collocare.*

Eum Nauarchum importunè, & nimis periculosè inuidum esse, qui, quum *in incerto est ipse, nec quid fugiatue petatue inuenit, & cùm ambiguis ars stupet ipsa malis,* inuideat ex vectoribus aliquem (qui tamen, & ipse aliquandò magister alia in puppi sederit) clauũ publico bono poscere, vel tantisper tenere.

Cur ego si nequeo, ignoroq;, Poeta salutor?

In Octauium Augustum, quamlibet Ethnicum, Christianis intuendum, quem ferunt cupiuisse,

Digitized by Google

pluisse, etiàm Imperium deponere, si quem vidisset Principem Reipub. magis salutarem: neque vmquàm filios suos populo commendasse, vt non adijceret, *e si merebuntur.*

Et vocem istam quoq; Imperatore dignissimam, sępè animo repetendam: *Pereāt filij mei si quis alius melius sit Reipub consulturus.* e Sueton. c. 58.

Et Moysis factum illustre, quo etiàm ipsi Augusto præiuit. Moysen enim noluisse filium suum, sed Iosue successorem, qui in eandem, quam Christiani à Turcis reposcimus, promissionis terram tantum Israelitarum exercitum introduceret.

Sed quià Ecclesiæ militanti tantus Dux, ô iacturam! fortuna inuidente, subitò, & per vim insolentissimam, ereptus est, nec est ad præteritum potentia, aut de retrò actis deliberatio, nec speratur eius, per vota mortalium, ad vitam regressus; consultissimum fore, si deinceps mortales velint quod possint, & optent futurum Ducem expeditionis illius, Henrico illi IV. quàm simillimum.

Restare tamen publico bono cineres Phęnicis illius; imò Phœnicem ex Phænice illo, renatum esse Ludouicum XIII.

Sperandum enim & ipsum quoque fortē hic fore, & aliquandò huc idoneum, si *fortes creantur fortibus.*

Certè diù militaturum, si tàm florenti ætate (paulo tamē annosior) Dux crearetur.

Præsagia superiùs dicta, non personam aut Regem ex Gente Gallorum vnicum spectare,

ctare, sed quemlibet ex eadem ipsa Gente, ex quâ sit & Ludouicus XIII. & genus Henrici illius IV. & nunc gener (quod fælix faustumq; sit) Philippi III. Hispp. Regis potentissimi.

Ludouici nomen, & à Sancto Ludouico deductum genus, Ludouico huic animos facturum, Turcas exanimaturum aut ingenti metu perculsurum.

Hispanos Austriacosque adiuturos, ex quorum gente ac domo vxorem elegerit; Genero succrescenti Socerum tam bonum, tàm potentem, vtramque manum porrecturum, ducturum, tracturum, impulsurum, promoturum ad fortia, ad victoriam, ad Turcicæ gentis internecionem.

Christianissimum Generum, Soceri Catholici consilio omnia gesturum, auxilio perfecturum, pari gloria omnium Christianorum.

Seruatum illum rebus Christianorum tàm perplexis, quo si non Collega Imperij, certè socio & amicissimo Imperator Germaniæ fidèter vti posset.

Certè à Diocletiano 55. Imperatore, Maximianum collegam assumptum fuisse, eique Imperatoris nomen communicatum. Et quoniam opus esset Ducibus belli plusculis, duos insuper collegas nominasse.

A Diocletiano, Galerium Maximinum Thracem; à Maximiano Flauium Constantium, cognomento Viridem, virum fortem fuis-

fuisse nominatum.

Quondam Regibus religiosissimis ità factum; à Dagoberto imprimis Francorum Rege, Aripertum fratrem, regni consortem, donata ei Aquitania, institutum.

A Ramyro Veremundi filio, Hispaniæ Rege, Garsiam fratrem, adhùc impuberem, regni socium adsumtum fuisse.

Fereque olim Imperium Rom. fuisse, à Constantini tempore, biceps, vti & Consulatum, vno, Orienti; altero, Occidenti prouidente.

Aquilam bicipitem, Imperatorum vexillis adpictam, eius rei memoriam refricare.

Illud prouerbium *Omnisq; potestas Impatiens consortis erit*, parùm inter verè Christianos, & Reipub. Christi studiosos, habere autoritatis.

Atque his Caroli Magni consilijs ità relatis, meus Raphael visus ocyssimè auolasse, mòx, vti spondebat, rediturus, si tamen consilia, de modo & neruo belli sacri, Concilium Heroum illorum iàm immortalium reperissent, quibus adhùc in ea deliberatione occupatis veniisset, priora illa interim renuntiaturus.

VEGETI CHRISTIANI,

LIBER QVARTVS.

REdierat ergo Raphael meus primo diluculo, iterùm, vt mihi visus est, benè onustus mãdatis, & grauissimis consilijs grauis, & me iterùm onerans nouo scribendi labore, quæcunque audita in illo Heroũ Concilio narraret.

Quid facerem? Non potui operam interpretis negare nuntio tàm diligenti, tamque Ecclesiæ periclitantis studioso. Sed nec debui, ne, vector in eadem naui positus, viderer non vel remum, aut velum digito contingere voluisse, ad vitandum commune naufragium. Nec volui, ne gratiam quam iàm aliquantulum apud meum Raphaëlem, superiorum interpretatione inueneram, tergiuersatione ac deprecatione importuna consequentium, amitterem.

Parui igitur. Ergò is ità Proceres illos iàm beatos loquutos referebat.

Censuram Plutarchi inprimis laudasse, quâ hortatores ad virtutẽ, nec modum eius excendæ demõstrantes, ità facere dixit, vt qui lãpadem emungunt quidem, sed oleum non infundunt, vndè & mox lampadem extingui necesse sit.

Ita-

Digitized by Google

Itaque ſe, qui conſilium dederint Turcæ inuadendi, & Duces propemodùm nominarint, ac digito oſtenderint, velle etiàm eius inuadendi modum aliquem, & viam nunc præſcribere.

Modum autẽ Turcam inuadendi tria ſpectare,
1. *Locum*, quà, aut per quem irruatur;
2. *Tempus*, quo id opportuniſſimè,
3. *Pecuniam*, vt ea inueniri, & in promptu haberi, copioſiſſima, minimoq; grauamine poſſit

Ac de duobus primis quidem, ità Proceres primum ſtatuiſſe, de pecunia quoq; tandẽ dicturos,

*1. LOCVM ergò quà, aut per quem, ſpectare
1. *Mare*;
2. *Terram*;
3. *Vtrumq;*;
4. *Varios aditus* Terrarũ, Marumq;

*1. MARE, id eſt an Mari, & nauali bello ſit Turca inuadendus.

aLazari cuiuſdam Soranzij ſententiam, arbitrantis optimum fore, nauali prelio adgredi, à Proceribus ſatis probari, ab his rationibus.

*j. QVOD IBI Turca Chriſtianis inexercitatior.

*ij. QVOD EQVI, quorum numero ac celeritate Turca vincit Chriſtianos, illi tùnc futuri inutiles.

*iij. QVOD TVRCA in mari ferè infelicior. Victoriam illam ad Lepanthum ſub Pio V. teſtem eſſe locupletiſſimum.

Ducem quemdã Mediolanenſẽ ità olim cẽ

b Apud Pium II. ep 392. lib. 1.

suisse: b *Primùm, quod in bellis suscipiendis considerandum est* (inquiebat) *& magno consilio explorandum, quanta sit inimicorum potentia, quantus & qualis exercitus, quæ sit eorum militandi disciplina, atque industria &c. Deindè ità se ad bellum parare.*

Maximilianum Imp. in Comitijs Angustę Vindelicorum putauisse, partium esse Pontificis, Regis Hispaniæ, & Venetorum, classem instruere, ad inuadendas ciuitates in litore Epiri & Peloponesi sitas.

Ianuenses etiàm, re nautica iàm olim potẽtes, auxilio non paruo esse posse.

Aditus ad Turcam ex Italia multos esse, eosdem scilicet, qui toties in Italiã ipsam Barbaris patuere.

c T. Liui. Dec. 1. l. 3.

Vt c Pontius Cominius, inscenso per dolum Capitolio, quod à Brenno arctè obsessum erat, vt ad Senatum ibi clausum, de Camillo Dictatore creando, referret, Breunum docuit, humano vestigio ibi fortè relicto, quà is à Veijs illuc peruenerat, etiàm Gallis ad Capitolium inuadendum viam patere, quod & nocte sublustri tentarunt; sic Turcas, priscos Italiæ hostes, quà in Italiam irruperunt, illàc ad eos quoque erumpendi vias docuisse.

In regno Neapolitano superesse etiàm [illegible] sinus illos, & quasi hostia, per quæ Pyrrhus Rex Epirotarum, quoties voluit, in Italiam commodissimè irrupit.

E Sicilia quoque esse ad Epirum viam.

Esse

Esse & Forum-Iulij, in quod olim Turcicus equitatus incurreret.

Quid opus tentare per aliam viam? licere sequi semitas reuersorum in regionem suam. *Hæreat pede pes,* & vestigia incursorum vestigent, qui insequuntur.

Hydruntum extremum Italiæ oppidum, quod Turca cepit, vt iter haberet in Italiam, viam dare posse Christianis ex Italia ad ipsum.

*2. TERRAM. Nec illac infeliciter posse inuadi. Terra enim numerosiores esse Christianorum vires.

*3. VTRVMQVE. d Scriptorem Syncretismi ità decernere; *Est* (ait) *hostis terra mariq; quibus commodum erit locis, inuadendus; per bellumq; longum continuandum.*

d *Nic. Vernullæus in fine Syncretismo, p. 245*

Magnum illum Gallorum Ducem e Noeũ, cognomento Ferrimanum, arbitratum, Turcis debellandis quadriẽnale bellum posse sufficere.

e *Noaus discurs. polit.*

*4. VARIOS ADITVS Terrarum, Mariumque. Rectè enim quæri, si Terra inuadi exitiale hoc monstrum consultum est, ecquà primum, aut commodissimè? In quam terræ regionem bellum inferendum?

Maximiliano Imp. olim visum in Comitijs Augustæ per Pannonios inuadere. Sic enim illum tùnc peroraſſe. f *Summus Pontifex, Rex Hispaniæ, & Veneti classem instruent, & ciuitates in litore Epiri & Peloponesi sitas inuadent. Noster exercitus, cum Gallicis, Anglicis auxilijs, in*

f *Oratio habita in Comitijs Augustæ Vindelicorum* 1518.

Digitized by Google

Pannonias ducendus erit. Indè in Illyricum trãsferri bellum erit commodissimum.

Gothifredum Bulionæum, atque alios olim, ad Constantinopolim conuenisse.

Opinionem eam communiter nùnc teneri. Nàm in Hungaria nùnc totam belli Christianorum molem esse.

Et fortassis optimè, rebus vt nùnc stantibus, id est, Christianismo nondùm coniurato & adunato.

Posita autem Christianismi coitione; videri proceribus inuasioni aptissimam { *1. Hispaniam;* *2. Poloniam;* *3. Austriam.*

* 1. HISPANIAM, non æquè quacunq; sed aliqua vna parte opportunissimè.

g *In vniuerso* (inquiebant) quinq; loca posse considerari, apta huius belli initio. *Primus est*, in terra Imperatoris Constantinopolitani & Turcarum, indè per Armeniam ad Syriam indè vsque; via, quam, Gothifredi Bulionæi tẽpore, Christianismus penè totus secutus est, Sed illa non laudatur, vt valdè grauis & difficilis, & nimis longa, egens maximo tam exercitu, quàm sumtu. Patet. Nàm multi tùm pertęsi viarum, de reditu cogitabant.

Alter; est Insula quædam, quæ Raycet adpellatur, non procùl ab Armeniâ. Posset enim ea Insula nõ difficilè obtineri, & custodiri; Sed nec hic locus probatur hoc tempore, ijsdem penè de causis, de quibus suprà.

Tertius, Regnum Cypri, & terra Hermeniæ,

g *Notat hoc Magister Raymundus Lelij in quodã tractatu suo.*

niæ. Sed illa quoque via minùs apta, tùm quià terræ illæ nõ sunt omnibus salubres, tùm quià nimis longæ, & nimis multa classe & milite, & sumtu indiget. Denique, quià per Cyprum & Hermeniam, nec equi, nec commeatus victusque facilè exercitui sufficerentur.

Quartus est Tunitium. Sed nec ea via probatur, ob multitudinem incolarum, ad quos debellandos miles multus atque equitatus initiò consumeretur, cuius rei lugubre fecit experimentum S. Ludouici Regis Francorũ transfretatio (nisi fortè præsumatur, Regem Tunetanum Christianis fortè fauturũ, vt cuius maioribus nõ ità pridem Carolus V. æternæ memoriæ Imperator Belga, regnum suum restituerit, eiecto inde vsurpatore Enobarbo.)

Quintus locus, est Hispania, ea sui parte, quæ corrupto nunc vocabulo dicitur Andalusia, olim Vandalicia, à Vandalis habitatoribus, vbi est Almaria, Malica, Granata, Algesira, Tarifa, & hic locus prædictis omnibus est expeditioni in Turcam congruentior.

Rationes istas pro Andalusiâ, à Concilio illo beatorum allatas fuisse;

1. *Seclusionem auxiliorum*;
2. *Fertilitatẽ terræ, & equorum copiam*,
3. *Salubritatem*;
4. *Securitatem à tergo*;
5. *Regis Hispaniæ potentiam.*

*1. SECLVSIONEM AVXILIORVM. Ambiri n. illâ vnà parte mari mediterraneo; alia, Reg-

Digitized by Google

Aragoniæ & Castellæ, quæ res aduentum auxiliorum Turcicorum impedirent.

*ij. FERTILITATEM terræ, & equorum bellatorum, & propè pardis velociorum, copiam, eorumque non procùl ab exercitu, rerum scilicet bello admodùm necessariarum, maximè in Turcam pugnaturis, equis multis & velocissimis, quasique alatis Pegasis, abundantem.

His enim ab Hispania reliquas mundi partes superari.

Vel in Olysippo Hispaniæ vrbe, equas Venerem sibi figurantes, hausto Fauonio, dici concipere.

Ab Asturia Hispaniæ quoque vrbe, equos optimos dari, *b* Virgilio videns qui dixit: *Astur equo fidens &c.*

b Virg. li. Æneid.

*iij. SALVBRITAS. Esse enim locum illũ amœnissimum, ideoque infirmitatibus minùs obnoxium, quæ sæpè ingentes exercitus frangunt aut dissoluunt, vt sub S. Ludouico quondam accidit.

*iiij. SECVRITATEM à tergo, sic, vt, modò vnâ, modò altera vrbe aut arce capta, semper ante se, velut armentum, abigere posse Turcam Christianorum exercitus, nemine persequente, aut ex insidijs erumpente.

Suis ipsorum arcibus, & captiuis recenter vrbibus, quasi columna nubis subsequente, procedentes in hostem, tectos ac tutos fore, à vulneribus inhonestis, & quæ tergo inferuntur.

Fron-

Fronti tantùm fore illic metuendum, habentibus terga ab insidiosis vulneribus tuta, & illàc amica omnia.

v. REGIS HISPANIAE POTENTIAM. Iampridem enim illum habere arces munitissimas, Africæ & Numidis obpositas, aduersus subitas Turcarum irruptiones.

Item opportunissimè illum posse commodatò, ex suis Insidijs, ipsoque Hispaniæ ærario celeberrimo, licèt ignoto: ac denique ex suo Lusitaniæ fluuio aureas (vt ait Plinius) arenas voluente; & ex aurifodinis illic adhùc intactis, tanto exercitui tempestiuè, ad vitandas millium seditiones, stipendia soluere, alibi ab alijs Regibus Principibusque recepturum, nullo suæ neque aliorum pecuniæ damno, propter tot suas aliorum regnis permixtas ditiones.

Item; posse Hispanica vina, Canarica &c. & quemcumque commeatum apud se vbertim nascentem, diu ante bellum certis locis collocare, meliusque ferre transituri militis molestias, & quid non? pro sui nominis Catholici ratione, & solita in Religionis Christianæ incrementum ac præsidium pietate.

Expedire etiàm ipsi, Christianorum fines illàc proferri, ne semper pati cogatur malos vicinos Turcas, ac semper militem in armis & stationibus habere, in regni sui finibus, propter incursus, & timores nocturnos, à vicinis illis pessimis.

Digitized by Google

*2. POLONIAM aliorum iudicio, in quibus est Philippus Callimachus Experiens.

1 Philipp. Callimachus orat. hac de re.

Poloniam enim habere plurima, quæ facilem bello illi sacro benè gerendo sternant viam.

Bella enim faciliа fieri
1. *Propinquitate locorum obpugnandorum;*
2. *Accessu ad ea minimè impedito;*
3. *Necessariorum facili suppeditatione.*

*1. PROPINQVITATE, vt scilicet recens, & viribus adhùc integris tàm militum, quàm equorum, armis fagisque non laceris, & minimâ commeatuum consumtione, ad hostem peruenias.

Poloniam certè cæteris Christianorum regnis h[illegible]parte anteferendam. Non enim margines tantùm Turcici Imperij indè vulnerare est, vt ex cæteris pleriſque multis, velut membrorum corporis extremorum ſummitates, ſed ipſum caput, ſed cor, ſed vitalia. Centrum enim quaſi Reip. Turcicę adtingit Polonia.

In medijs Turcarum viſceribus indè graſſari poſſe.

Cæteris pleriſq;, mare ac ſolitudines vaſtas antè emetiendas eſſe, quàm hoſticum adtingant; Polonum verò, mòx vt extra ſuos fines pedem extulit, habere ſeu Adrianopolim nobile emporium, ſeu Imperij caput Conſtantinopolim.

Supèra-

Digitized by Google

Superato enim ad Siliſtriam Danubio, quouſque Poloniæ Regnum extenditur, ſi ad Orientem caſtra mouebit, decem diebus ad Thracium Boſphorum poſſe peruenire. Si verò ad Meridiem; poſſe biduo minus adtingere Adrianopolim, ſedem olim Imperij Turcici.

Danubium quoq; fluuiorum Regem, egregiè & militibus & armis, & commeatibus conuehendis profuturum.

Haud dubiè Regem populumque Poloniæ paratos omnia ferre & pati in hoc bello, vt ad quos tàm minaces, tamque barbaras literas nouiſſimè dederit Turcarũ Imperator, & quibus Rex ipſe Sigiſmundus tàm generosè Chriſtianeque reſponderit.

*ij. ACCESSV ad ea minimè impedito, vt citò habeas hoſtem & hoſticum in conſpectu. Sed à Polonia ad Danubium vſque, duo tantũ flumina nauigabilia eſſe ſuperanda, Tiram & Sarectum, vtrumq; in poteſtate Regis Poloni, ſed & ibidem ſubpetere materiam pontibus nauibuſque.

Sed nec paludes, nec ſaltus, nec rupes aciem remoraturas. Adeò enim planam eſſe Poloniã, vt à terræ planitie (quam ipſi vernaculè etiam-num POLE vocant) nomen habeat.

Poſt Danubium, primis caſtris Hemum tantummodò tranſcendendum iugo quidem duplici, ſed vtroque, aſcenſu deſcenſuque nó admodum difficili, via lata, duos currus vbiq; capiente.

Digitized by Google

*iij. NECESSARIORVM facili suppeditatione ad belli perseuerantiam. Sed à Polonia iri per Gentes nostræ Religionis, & Christianis rebus fauentes, Polono vicinitate cognitas, lingua & originum cognatione consanguineas.

Rem commoditatis ingentis esse, per se posse, non per interpretem rogare, dicere, pacificare, mercari &c.

Multa enim antè experiri oportere linguâ, quàm armis. Materiam quoque lignorum (nemorosa enim est) & id genus aliorum, sulphuris, & nitri, ex quibus conflit puluis tormentarius, tantam, quantam vix credas, in Polonia reperiri. Aurum item & Argentum, Stannum, Cuprum, Ferrum, Plumbum, Equos, Boues, Salem, Frumentum, Ceram, Picem, Canabum, Linum, Lanam, Plumam & Maceriem crudam, & omnia partim vsui, partim victui necessaria.

Agrum eius etiàm frumenti fertilem esse, & multa genti armenta. Melle abundare. Habere & salis maximam copiam, quod ex terra eruitur.

Habere & æris fodinas in iugis montium, nec non & sulphuris. Sed & in qualibet eius regni parte, talem munitionem in colum adtolli posse, cui nec à cuniculis, nec à [illegible] collibus, nec ab aquarum deriuatione, neq; ab vllo hoste magnopere sit timendum, indeque velut ex quodam horrore, & quasi ingenti copiæ cornu, imò quadam Solis mensa, exercitui

Digitized by Google

ad omnia abundè ministrari.

Equitatu quoque numerosissimo & dexterrimo valere Poloniam, & ipso quidem armis penè cum Turca paribus & similibus vtẽte, ideoque tanto commodiore fortasse Christianis futuro, ad insidias Turcæ parandas. Non enim Polonis, cùm insidiari Turcis volent, dicendum fore.

k *Mutemus clypeos, Danaumque insignia nobis Aptemus*, iàm enim aptata gestaturos. k *Virg. 2. Æneid.*

Sed & Polonum, ab illa paritate ac similitudine armorum cum Turca, tanto fore Christianis socijs vtiliorem, vt faciliùs cauturum sibi ac cæteris, à notis Turcarum armis, & nostros cautionem vsumque eorundem edoctu-rum.

Polonum adeo equitandi peritum, vt singulos non equites dicas, sed Sanctos Georgios, sed Centauros, homines humana facie, & equino tergo, aut equis adsutos:

l *Nec plus nubigenas duplex natura biformes*
Cognatis aptauit equis, l *Claudian.*
m *Insultare solo, & gressus glomerare superbos.* m *Virg. 2. Georg.*

Terram illam omnem populumque ad arma illa ciere.

Denique, Gentem Polonorum, iàm totam esse Turcis iritatissimam, à literis illis minisq; vltimis Ottomannidarum.

* 3. Avstriam, vt quam ad se eundi, Turca ipse illàc ad nos veniens, nobis præmonstrat ac signat viam.

Digitized by Google

Bis enim iàm à Sultano Solymanno Viennam esse tentatã. Neq; Austriæ viam omninò improbandam.

*I. PROPTER multos indè ex Austriaca scilicet domo paratos Duces.

*ij. PROPTER Germaniæ vicinas vires, & vicinum Imperatorem.

*iij. PROPTER Danubium vicinum, & fluuios alios.

Etsi maximo nostro damno, tamen crebras Turcarum victorias, propioresque Barbarorũ ad nos accessus, iàm effecisse, vt non sint ipsi tàm procul quærendi ad certamen, quàm olim Gothifredo Bulionæo eiusque comitibus. Ipsos nobis viam ad se fecisse solito compẽdiosiorem perpetuo illo suo victoriarum cursu.

Iàm enim illos quà Mari, quà Terra fere adparere, qua Terra, iam penè ad portas nostras Hannibalem illum esse; qua Mari, iam penè in portibus nostris, proh dolor!

A quibus enim finibus Christianorum mediocriter distat, quinquaginta distare miliaribus; à quibus longissimè centum: vt deinceps non sit exercitibus Christianis à prælixi itineris molestijs, à desertis Africæ, à caloribus Asiæ metuendum.

In campis eiusdem penè cum Gallia temperamẽti milites Christianos pręliari iã possunt.

Ab ære ferroq; Turcico nunc nobis magis, quam ab aere incommodo metuendum. n[illegible] *proximus ardet*

Vcalegon.

a *Æneid.*

E le-

Electulis propè noſtris pugnari iam poſſe. Proh, Chriſtianorum ignauiam!

* 4. VARIOS ADITVS Marium Terrarũque; id eſt; multis vijs Terra, multis vijs Mari inuadendum.

Et in ea quidem ſententia eſſe Concilium omne Procerum illorum immortalium.

Sic enim ipſis videri, propter
1. *Exemplum,*
2. *Similitudinem,*
3. *Virium diuiſionem,*
4. *Turbationem Turcarum maiorem,*
5. *Pacem Chriſtianorum inter ſe firmiorem,*
6. *Sumptus minores.*

x j. EXEMPLVM. In Hiſtorijs enim obſeruatum, illos ferè victoriam ſibi certam promiſiſſe, qui viuis caſtris, natura loci idoneis, hoſtium exercitum diſtinere potuiſſent.

C. Cæſarem, bellatorem illum inimitabilem, eo modo vſum, illo prælio, quo Arioviſtum profligauit.

Hoc inſtitutum binorum caſtrorum, etiã à Turcarum Imperatoribus retentum eſſe. Tartaros enim certè, etſi cum Turca militant, non tamen ijſdem cum ipſo caſtris.

o Scriptorem Syncretiſmi ità confirmare. *Neq, vllis præclaris illuſtrabimur victorijs vnquàm (inquit) niſi aliquãdò priores adorti hanc multorũ beluam capitũ gregatim, & multis locis inademus.*

o *Nicol. VVimmãnus Syncretiſmi pag.* 214.

* ij. SIMILITVDINEM. Vt enim in obſidionibus vrbis vnius, multũ valet ad eã expugnan-

Digitized by Google

gnandam capiendamque, diuersis vel portis, vel hiatibus aut discessionibus mæniorum irruere; ità in obsidione Turcici illius Imperij vtile fore, Terra varijs partibus, Mari varijs portubus illud adoriri, à dextris & à sinistris.

pOmosander lib. de re milit. cap. 40.

p *Alijs enim partibus neglectis, si concurrant omnes* (ciues) *aduersus machinarum impetum, ità qui in scalis sunt, nemine prohibente, muros facilè ascensuros. Et diuisos in partes diuersas, qui fortè relicti fuerint, vt propulsent vim machinarum, vbi ea vehementior & efficacior inferetur, non posse auertere imminens malum. Quapropter peritum Athletam ostentare, parareque diuersa in partes plures decere, vt distrahat & frustretur, multipliciter hùc illùc auertendo aduersarios. hoc vnum autem agere, vt capta vrbis totum corpus euertat.*

* iij. VIRIVM DIVISIONEM. Nàm qui alioqui cum trecentis milibus occurreret vnico loco tentatus, lunataque acie, quod solet, facilè Christianos includeret, tùm coactum iri exercitum suum partiri, & quod maius est, ipsos Bassas suos & summos belli Duces, quos paucos habet, (paucos inquam, Imperio summo, & Dictaturæ adsuetos, vt qui ferè vno tantùm loco, cum vnico semper hoste, bellum gerat;) Christiani verò plurimos summi Imperij capacissimos, vt qui proh dolor! tot Christianissimi diffecti partibus, tot bella, tot locis, cum tot hostibus alteri in alteros tam

gesse-

gesserint, in Hungaria, in Gallia, in Flandria, in Hollandia, in India, & vbi non?

Quæ regio in terris nostri non plena laboris?

Centum (ità dicere liceat) exercitibus centum summos Duces præficere in promtu esse Christianis; ita fecit illos, eheu! discordia ob religiones, ob ditiones, beluam multorum capitum, hic vsui futuram, si in hoc bellum conspirarint.

Et quidem, ad confusionem in prælijs vitandam, id fore consultissimum. Nàm vbi nimia multitudo, ibi ferè confusionem suboriri, maximè inter Christianos, & Duces ipsorum, qui trecenta aut sexcenta milia (quot fortè illo bello Sacro confluerent) nunquàm duxerunt, sed mediocrem semper quisque exercitum, triginta aut quadraginta milium, vt plurimum.

* iiij. TVRBATIONEM Turcarum maiorem, quæ accidere solet ex illa vndique ex improuiso irruptione.

* v. PACEM Christianorum inter se firmiorem. Hoc enim modo imperaturos & multos, & vnicum. Multos quidem, quia varij tùnc exercitus essent, & cuique suus dux aut Imperator; & Vnicum, quia quilibet suum dumtaxat exercitum ac Gentem ductaret.

Alioqui enim magnam fore, de summo, in exercitum vnicum tantumque imperio, contentionem; & vix quemquam vnum parẽ fore regendæ tantæ multitudini.

q Ex gestis S. Ludouici Regis Francorū.

q *Duos illos Magnos Principes* (Conradum scilicet Imperatorem, & Ludouicum Regem Francorum) *priùs ordinauisse, quòd simul ire non poterant, propter multitudinem populi vtriusq; exercitus. Timuisse enim, ne discordia & tumultus oriretur in Castris, quod de facili accidit, maximè vbi tot sunt diuersæ nationes, lingua & moribus differentes.*

*vj. SVMPTVS MINORES. Hoc enim modo magnam Christianorum exercituum partem, non valdè procùl à patria sua militaturam.

Faciliùs quoque sic inueniri, ac impetrari posse ab accolis, cõmeatus paucis necessarios, quàm infinitis.

Faciliùs quoq;, & diutiùs, vnam regionem triginta milia peditum Equitumue, quàm cẽtum milia, alituram.

Christianum militem non paucis, neque facilè parabilibus, contentũ nùnc esse, vt Turca Suendio visum iampridem fuisse, vix quadrimestri quadraginta Germanicorum equitum milia vllo in loco ali posse.

*QVIN ETIAM hoc modo, licitum fore peditatui nostro, locis quibusdam commodissimè pugnare, vbi equitatus Turcarum, qui multus est, illis occurrere omninò non possit, sed recedere cogatur, aut cædatur inultus, & ociosus.

*ITEM; Hyberna commoda faciliùs in vicinia, triginta aut quadraginta milibus, quàm centum milibus, hoc modo inuentum iri.

Digitized by Google

*ITEM; fracto vno exercitu, aut cornu vno, aliquam spem in reliquis superfuturam.

*DENIQVE; auditos ab alijs aliorum triũphos, creaturos in alijs pulcram æmulationem gloriæ, & animos maiores ad fortia.

Et hæc quidem Proceres illos immortales mortalibus consul uisse de loco, quà sit Turca inuadendus.

De Tempore verò ita subieciſſe.

Etsi cõmuniter *tẽpus* aliquod certũ est, Veris ferè, *quo solẽt Reges ad bella procedere*, & tẽpus aliud, quo solẽt è bello redire, & condi in hybernis; tñ suadere se fratrib⁹ suis Regibus Christianis, adhùc mortalibus, vt omni tẽpore Turcã impetãt, &, vt Troia Phrygię, decẽnali; Ostẽda Flãdriæ, triẽnali obsidione cõtinuò est obsessa, ita sẽper obsideãt atq; impugnẽt Turcã, & Hyeme quidẽ maximè, & hoc multo peditatu.

Causam autem peditatus tùnc multi ac numerosi hanc dediſſe, quòd Turca valeat equitatus multitudine, cui cãpi hyeme arẽtes, & niuibus fortè cooperti, herbam fœnũq; denegabũt Temporis verò hyberni istã, quòd molles illi Asiatici frigorum sint impatientiſſimi; Christiani maximè Septentrionales obdurati & patientiſſimi.

Ne verò in Christianos quosdam id videatur inhumaniusculũ, forsitan cõsultum fore, si adsuetæ caloribus nationes, vt sunt Itali, Hi-

Hpani &c. AEstate maximè pugnare iubeantur, quòd possint Asiæ calores aut pares suis, aut paulò suis intensiores facilius, quam Septemtentrionales populi perferre:

Digitized by Google

Septemtrionales verò sub Hyemem educantur, qui maioribus in solo patrio adsueti frigoribus quàm sint Asiana, possint sub pellibus & sub dio nonnunquàm, etiàm hyemali tempore in armis stare, Turca frigora illa non ferente, AEstiuis illis pugnatoribus in sua Hyberna tantisper receptis, pulcra laborum alternatione.

Continuationem illam, per alternationē, commodissimam, tùm ad

1. *Nostrorum vires reparandas,*
2. *Turcam irrequiete tanta breuifrangendum,*
3. *Ocium veniendi longinquioribus,*
4. *Præsidia vbiq; omni tempore firmissima.*

*1. NOSTRORVM vires reparandas. Nationibus enim, quæ caloribus tolerandis magis adsueuere, AEstate torrida pugnantibus, illas, quæ sunt frigoris impatientiores, interim sub vmbra in vrbibus respiraturas, arma equos, & vires reparantes.

Septemtrionalibus verò sub Hyemem militantibus, illas alias, quæ Solibus adsuetæ, frigoribus insuetæ sunt, iamque pugnis æstiuis sunt fatigatæ, staturas in hybernis, & sic alios alijs, velut noua supplementa, successuros, integros & recentes, fractis aut fatigatis.

1 Onosander l. de re milit. c. 23

1 *Habendos enim Imperatori delectos etiàm milites seorsim collocatos extra agmen, qui euentum prælij veluti aucupentur, ad subueniendum laboranti parti copiarum, vt subsidio aliquos ducere in promptu sit. Atque non parum, absque hoc, adiuua-*

iuuare, qui integris viribus adoriuntur fessos. Nàm & fessos suos recreare, & hostes languentes, ipsos adoriri vigentes.

*2. TVRCAM irrequiete tanta breui frangendum. Nullum enim violentum perpetuum.

Quod caret alterna requie, durabile non est. Ouid.

Arcum Turcicum *si nunquàm cesses tendere, mollis erit.*

Onosandrum, alioſque rei militaris Scriptores dicere, in obsidionibus, ad obsessos fatigandos, multùm prodesse obsidenti Duci, suos omnes in certas partes easque plurimas diuidere, quæ certis horis sibi inuicem succedant, in continuanda die noctuque obpugnatione, sicque olim Contenebram captam esse.

Lassis enim *non dabatur requies.*

Vel saxea & ærea quæque, perpetua contentione fatiscere: durare dumtaxat moderata.

*3. OTIVM VENIENDI lõginquioribus. Submotos enim illos toto orbe Britannos (Gentem huic olim negotio tàm deuotam, atque in Apostolicam Sedem tàm religiosam, & aliquandò haud dubiè in idipsum, vt ex Archiuis & secretioribus Sanctæ Trinitatis libris adparet, ac breui quidem rediturum) & reliquos remotiores populos dùm se parant; dum comuntur, dùm armantur; dùm militari ordine gressuque tota AEstate adducuntur, præ-

Digitized by Google

stolando, Gentes illas primas & Turcæ propiores pugnam lacessituras suis Hyeme proxima successoribus.

*4. PRAESIDIA vbique omni tempore firmissima.

t Demost. Olynthiaca 1.

t Demosthenem certè in pari negotio ità olim consuluisse: *Censeo* (inquit) *duobus vos oportere modis rebus subcurrere: tùm vrbes Olynthiorum tuendo, & milites qui id agāt tuendo, tùm Philippi Macedonis ditionē infestādo, & triremibus & militibus alijs. Quòd si alterutrum neglexeritis, vereor ne irrita futura sit vestra expeditio. Siue enim agrum suū à vobis infestari patietur, atq; ipse interim Olynthum subiget, facilè in regnū reuersus sua defendet: siue vos præsidia dumtaxat Olynthū miserit, videns rem domi in tuto esse, assidebit & ducet bellum: mora obsidionis eos superabit. Oportet igitur multum & duplex esse auxilium.*

u Nicol. VVimmānus Syncretismi pag. 245.

Syncretismi quoque u Scriptorem ità loqui: *Ducenta milia armatorum vt minimum educemus, inquit, ac totidem domi constituemus, qui ad omnem belli sortem parati sint, ità vt si quandò fuerit necesse, sine mora succurrant.*

Ac sic facilè captis hac illac Vrbibus, nos, velut capillatim, caudā illā corpulentā vastæ potētię Turcicæ depilaturos Sertorij stratagemate; & illa belladi cōtinuatione, nō minus Hyeme quā Aestate, nō daturos pilis plumisue eius euulsis aut relectis, tēpus renascēdi, non hydrę spatiū noua capita producēdi, nō vllū vulneribus locum arescendi, & cicatricem ducendi, non denique vires colligendi, aut respirandi spatium.

x Sic

x *Sic denſis ictibus Heros* x Virgil. 5. Æneid.
Creber vtraque manu pulſat, verſatq; Dareta.

*CONSENTIENTIBVS autem iàm Regibus Chriſtianis in hoc bellum, & cõiuratis vniuerſis, & vijs inuadendi iam electis & decretis; conſultum deindè fore, præmitti, in Turcicas ditiones, aut illic emi, vel quomodocunq; cõciliari, prudẽtes aliquot homines, qui res Turcarum domi ſenſim turbare conentur.

*1. PERSAVM REGEM, iàm Chriſtianorum rebus & fidei beneuolũ, hic iuuare poſſe.

Vſum caſſanum ſi inuitabitur, non illibenter ſuſcepturum conditiones communicandi conſilia & vires, aduerſus eum hoſtem, quo ſaluo ſecurus eſſe non poſſit.

Calixti III. autoritate, Caſſanum aliquãdò motum, vt bellum in Turcas verteret.

Principes Perſidis & Aſiæ iàm pridem vehementer id auere indè videri, quòd Pius II. epiſtolas Principum illorum ad Ducem Burgundiæ Carolum, vt à bellis inteſtinis deſiſteret, ſuis inſeruerit.

y *Frigida pugnabunt calidis, humentia ſiccis.* y Ouid. l. 1 Metam.

*2. AETHIOPES auxilio futuros, vt quorum iàm olim Rex Dauid potẽtiſſimus Reges Chriſtianos hùc animarit, huc auxilia ingentia ſpontè obtulerit.

Memoriam veteris illius beneuolẽtiæ, poſteris eius ac nepotibus quà quà refricandam.

*3. TARTARVM etiàm poſſe in belli ſacri ſocietatem pellici, artificioſa veterum in Turcã bellorũ, à maioribus geſtorũ cõmemo-

ratione, & refricatione gloriosæ illius victoriæ & triumphi Tamerlanis sui de superbissimo ac potentissimo Baiazete, & fœderis, quòd tùnc Imperatori Constantinopolitano cum Tamerlano intercessit; item exaggeratione immoderatæ suæ sub seruili gente Turcarum, seruitutis, cui etiam aliquandò Tartarus ipse imperarit, & quæque initio supplices legatos ad eum miserit:

z Vide hist. Galli cã Ottomannidarũ, dicatã Principi Condæo 1600.

(Partem enim Gentis Tartarorũ, eam scilicet, quæ in Turcica Chersoneso agitat, vltra vel seruilem modum contumeliosè à Turco haberi, post Caffam & Theodosiam expugnatas) commemoratione quoque susceptæ quondàm religionis Christianæ, à nonnullis Tartarorum Imperatoribus æui veteris; naturalis autem inter ipsos & Turcas odij, vndè fieri dicitur, vt nunc quoque Tartari Turcas, solitariè & furtim inuentos, non minùs spolient, quàm ipsos Christianos.

Libertatem ipsis cum Christianis fore cõmunem, si cum ipsis Turcam vicerint.

Bellatores populos gaudere ac deuinciri eiusmodi inuitationibus, libellis supplicibus, & virtutis ipsorum ingenua professione.

Tartaros non magis Christianorum fœdera dedignaturos, quàm Turcæ, cùm à Christianis ambiuntur.

Spem boni successus, & rerum Turcicarũ per ipsos facilè turbandarum, facere vel nominis ipsorum etymologiam. Tartarum enim à verbo Græco ταράττω, id est conturbo, ap-

Digitized by Google

appellari. Turbinum & turbatorum esse, regna turbis implere.

*4. Pop. CHRISTIANVM ibi obpressũ, qui signum dari tantùm expectat, multùm adiuturum, miris torminibus viscera Turciæ infestando.

Quod a Demosthenes olim de Philippo Macedono, hoc nùnc de Turcarum Imperatore dici posse.

a *Demost. orat. 3. in Philippũ.*

Neque Græcia (id erit nobis Christianismus) *neque Barbaria* (id erit nobis quiuis sub Turca populus) *hominis auaritiam capit.*

Superbum illum Turcarum, Tarquinium, semel benè à Romanis Christianisque tentatum deserturos etiàm ipsos, qui vel amici videbantur, vel iugo eius satis assueti.

b *Violenta imperia nemo continuit diu.*

Non ad Ismahelis tantùm personam, sed ad posteros quoque (in quibus Mahometani censentur) hanc Prophetiam futuri; *Hic erit homo ferus, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum*, pertinere.

b *Senec. Trag.*

Expedire ità fieri, ac serio bello sic præludi, vt vel sic domi turbatis rebus, foris minùs possit hostis intendere, & vt Europa euacuata præsidijs, instar sanguinis ad cor, in interiora imperij Turcici reuocatis, facilius à Christianis primo impetu (in quo benè fortunato multum positum est, iuxta illud: *Omnia principijs semper inesse solent*) capiatur, aut inea-

tur.

Neque hoc sine exemplo maiorum.

Tempore enim AEneæ Syluij, id est Pij II. fuisse in Italia Monachum quemdam Bononiensem, fratrem Minorem Obseruantinũ, hominem veteranum, qui, quòd instar Vlyssis multas vrbes viderat, cognoueratque mores hominum diuersorum, & quoniàm singulari cognitione locorum & hominum notitia in Oriente valebat, in salutem Christianorum & Turcarum detrimentum, cum certis mandatis à Calixto III. (cui successit AEneas Syluius) & Nicolao V. Pontificibus, fuerit eò ablegatus, indicaturus Christianis mentem & consilia eorum, à quibus missus nuntius exijsset, vt Christianos Asiaticos, & alios illorum vicinos, atque amicos, aduersus Turcarum rabiẽ animaret.

Vegetio quoque videri, Ducem conari oportere, vt in hostium castris pomum discordiæ proseminetur.

c *Sallust.* c *Discordia* enim *res maximæ dilabuntur.*

Cauendum tamen studiosissimè à [illegible] [illegible]mpen[illegible]um Bassarum, aut Tu[illegible]pum, idq; varijs de[illegible]ssis.

d *Machiauellus in Principe ca. 4.* * PRIMO; quoniam d nulli sunt in Turcia Domini proprietarij (vt vocãt) se[illegible]nes, & [illegible]era mancipia magno pat[illegible]ta, vndè & difficiliùs corru[illegible]ntur.

e *Ita Machiauel.* * SECVNDO; quià vt corrumpi possint, e parùm possunt, quoniam populum in eandem secùm co[illegible]tionem pertrahere non pos[illegible]

* TERTIO; quoniam e[illegible]ipsi corru[illegible]pit, & corrũpere alios possint, qui hodiè [illegible]ru[illegible]

ruptus à Christianis erit, &

fin vtrumq; paratus,
Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti; *Virg. 2. Æneid.*

idem postridie nihil poterit casu aliquo à Turcarum Imperatore exautoratus, dominioque suo diario destitutus, & alio donatus.

Hæc fuisse, quæ de modis lociſque ad inuadendum Turcam opportunis, Proceres illi immortales consulerent, non tamen tàm studio Ducibus futuris, quid agant, fixè quasique fataliter præscribendi, quàm ipsos animandi ad similia, aut meliora cogitanda, & inuentis addenda, ac bonam spem omnibus de Turcarum subiugatione ingenerãdi; quandoquidem ipsi cœlo recepti in Deo clarissimè viderint, non esse omninò inuiam huic virtuti viam.

Cæterùm; videre posse Principes in Comitijs generalibus vel his meliora, vel his vti, dùm meliora proferantur.

De pecunia autem belli neruo intra paucos dies deliberaturos. Et his quidem ità narratis Raphael repentè disparuit, reuersus ad eum qui se miserat, & paratum de pecunia quoque & ærario scribere, defe-

ruit.

VEGE-

VEGETI CHRISTIANI,

LIBER QVINTVS.

CVM iàm tàm multa, Raphaele dictante, ac manum ducēte, scripsissem, Reipub. Christianæ (vt tandem videbam) maximè salutaria, reditum eius ardentissimis votis auere cœpi, vt etiàm ex ipso discerem Curiæ beatorum de re pecuniaria sententias, &, me quoque interprete, mortales intelligerent, quod cuiusque belli est caput.

Ità auentem, post aliquot indè dies, somnus sedentem, & pulpito innixum corripuit, pauloque post visus rediisse meus Raphael facie solito hilariori, & cultu, qui pecuniosum nescio quem nummularium deceret: imò Regem (vti tùm iudicabam) Attalum, aut Henricum IV. benè nummatum illum quondam Gallorum Regem referebat.

Et miranti vestem, nùnc præter eius morem auratam, & crines argento vermiculatos, & sceptrum ex auro solido gemmis exoticis graue, dixit: se cultu venire, qui deceret Legatum, de pecuniæ penè infinitæ ad sacrum bellum reperiundæ modis quamplurimis, & quā facilimis, iàm tandem repertis à beatis Proceribus, Irrequietis scilicet, dùm videant fa-

hoc

Digitized by Google

hoc bellum expediri. Scribe, ergò, inquit, ſcribe & iſta, ac celerrimo quidem calamo, nã ſunt propè infinita.

Aiebat igitur ille primò ſurrexiſſe ex recenter mortuis Principibus vnum è multis, lamentantem ærarij inopia ſæpè militem in Vallibus Europæis tumultuatum, res illic tantumnon perdidiſſe. itaque multa de pecuniæ ad omne bellum neceſſitate peroraſſe, vt erat ille doctus & eloquens valdè, & quæ ſequuntur dixiſſe.

Mutiani ſenſo, *Pecunias neruos eſſe Principatus.* Itaque Veſpaſiano pecuniæ vndecunque conficiendę autorē extitiſſe. Et incertum quẽdam Poetam dixiſſe; *Vita hominũ eſt Pelagus; Regina Pecunia, Nauta;*

Nauigat incertus, qui caret huius ope.

Alium neſcio quem produxiſſe, qui dixerit *Ventriculum belli pecuniam.* Vt enim ventriculus miniſtrat animantibus alimenta, ità exercitui pecuniam.

Magnum quoque illum bellatorem Tartarum Tamerlanem, magnificè & dignè ſe, dicere ſolitum: a *Exercitum inſtar hominis compoſitum eſſe oportere*; & ſolitum *Duces caput appellare, Milites, brachia; Pedes pecuniam (quæ ſcilicet progredi milites faciat) Commeatum verò ac cibos, ventrem qui aleret:* neque infrequenter ſermone vſurpaſſe, *Inuictum illum eſſe exercitum, qui totum hominem repræſentaret.* Pugnare enim tùm cùm libet, neque temerè vmquàm quidquam agere. *In bellis enim ferè tùnc peccari,*

a *Ioannes Becanus Abb. in hiſt. Tamerlani.*

tùm

cùm corpus exercitus vel vnico pede claudicat; vel brachio quandam velut paralysim patitur; vel cùm venter esurit; vel cùm caput infirmatur.

Luc. 14. Quid? Christum etiàm ipsum satis ostendisse neruum belli pecuniam, cùm aut Regem quemcunque iturum ad bellum aduersus alium Regem, priùs cogitare, an cum decem millibus vel nummorum vel virorum possit occurrere ei, qui habet 20. milia; alioqui altero adhùc longè agente, quæ Pacis sunt cogitaturum.

b *Machiauel. in suis ad Liuiũ digressiunculis.* Quò magis mirandum, b Machiauellum (quem alioqui multi tàm Lynceum putant, ac tantum non in Politicis, proh dolor! adorant) tàm cæcum atque insulsum fuisse, vt pecuniam neruum belli negauerit.

Nisi fortè Archidami Regis quondam Spartani opinionem sequi voluit, qui rogantibus socijs, quantum pecuniarum foret [illegible], ad bellum Peloponnesiacum; respondit: *[illegible] ordinata non quærere.*

Aliter doctos omnes, aliter popellum dicere, aliter quotidiano vsu euideri.

c *Demost. orat. 1. in Philippũ.* c *Neque enim eum imperare posse, qui stipendia non soluit.*

Optabile sanè esse, vt aliquis Iuppiter imbre aureo nùnc æraria Principum Christianorum (vt illam quondam turrim aheneam, in qua Danae custodiebatur) compluat, & impleat, suppetijs in hoc bellum Turcicum!

d *Michael Glycas p. 3. Annal.* Vel, vt, quemadmodum d *imperante Aureliano, guttas argenteas pluisse traditum est*; sic nun-

nùnc quoque fiat!

Vel, in medijs ſacri belli caſtris, & Tagum & Gangem aureis arenis atque fluminibus decurrere!

Certè enim in hoc bellum ſacrum copioſiore forſan pecunia opus fore, quàm credi facilè poſſit.

Quia tamen aureas pluuias optare immoderatius eſt; ſperare verò nunc quoq;, vt militibus *pluat Deus in medio caſtrorum, ſicut pluuerem, carnes, &, velut arenam maris, volatilia pennata:* &, vt *pluat illis manna ad manducandum*; & veſtes eorum non adterantur, nõ magis quàm populi Iſraelis in deſerto, cùm in Terram Sanctam quoque primam illam expeditionem moliretur, ſit fortè fidei nimis audacis; vel confidere, futurum, vt quemadmodũ *e ſub Probi & Floriani Imperio pluuia ex aere delapſa, ingens tritici copia cœlitùs aquæ permiſta decidit, qua congeſta magnos aceruos homines excitabant:* ſic nũc quoq; in hac expeditione, tritico caſtra Chriſtianorum cõpluantur, hoc tẽpore, his moribus, ſit mera corrupti nũc Chriſtianiſmi ignoratio, & tentatio Dei ad miracula mòx recurrentium (de quibus tamen extrema neceſſitate poſitis, & benè emendatis, nihil deſperandum) idcircò vias prouiſionis humanæ iniri oportere; & maturè prouidere Concilium beatorum Procerum, quibus modis tantus exercitus, imò tot ingentes exercitus ali poſſint, hac tanta, tamque neceſſaria in Turcã expeditione.

e *Mich. Glycas 3. parte Annalium.*

Ita-

Itaque Proceres illos, iàm huc propensos, hac tamen noui hospitis pulcra oratione factos propensiores, & in omnes corradendæ & coaceruandæ pecuniæ artes intentissimos; fuisseque tandem, multis vltrò citroque agitatis, hanc Concilij totius sententiam.

Exercitus Christianos in Turcã facilimè & vberrimè ali posse { 1. *Pecunijs*, partim { 1. *Profanis*; 2. *Sacris*; 3. *Mediij generis*, 2. *Vicepecunijs*; 3. *Administrandi arte*.

* 1. PECVNIIS profanis hoc modo.

* 1. SI REGES, Principes, Respublicæ exorentur æraria sua hùc deinceps tantùm aperire.

Clausis enim bellorum domesticorum portis, id est, alta vbique pace inter Christianos constituta, & cessante munitionum domi aut de integro erigendarum, aut lapsarum resarciendarum necessitate, milite item plurimo exautorato, vt tantâ Pace non necessario, ac sic manentibus apud Reges stipendiorum pecunijs, publica Regum & Principum æraria tùm necessariò fore opulentissima.

A Estimandas quadamtenùs vires Hispani, vires Galli &c. & si potest ille quinquaginta milia pugnatorum, alter totidem (bellis domesticis) in aciem facillimè educere; exorandum esse vtrumque saltem 30. aut 40. milia in Turcam detorquere, atque ità de cæteris; idque secun-

Digitized by Google

ſecundum indulgentiam dictum, cum Chriſti iniurijs à Turca vindicandis, omnes oporteat liberaliùs agere, quàm ſuis.

Gallum, ægrè poſſe ſuum *Chriſtianiſſimi*; Hiſpanum, ſuum *Catholici*; Anglum, ſuum *Defenſoris Fidei*: Coloniam, ſuum *Fidelis Eccleſiæ Romanæ filiæ*; Legium, ſuum *Romanæ Eccleſiæ filiæ*; Ordines militares, ſuos titulos aut ſymbola ſuſtinere ac tueri, & ſua etiam vota reddere, ſi hic parùm fuerint liberales.

Et quorſum Regibus, Principibus, Rebuſ. publicis armamentaria, æraria, & ius gladij?

Penè fruſtrà poteſtatem eſſe, & ſine cauſſa gladium portare, ſi pro Chriſto, aduerſus Chriſti hoſtem iuratiſſimum Turcam, non portat.

*ij. SI MVLCTAE delinquentium pecuniariæ, hùc omnes aut plurimæ conuertantur, id eſt: ſi quiſquis pœnam meritam pretio redimit, & ære luit, Sacri belli Quæſtoribus illud pendere iubeatur, pretium ſanguinis, ſanguinis Chriſtiani vexationi iuſtis armis redimendæ, & Sancto ſepulchro magni peregrini Ieſu Chriſti vindicando.

Si etiàm pauciores deinceps, præſertim ditiores, rei capitis, capite multentur, ſed pretio huc referendo, pro facultatum modo, vitam redimere compelluntur.

Rem non carere vetere & illuſtri exemplo.

In literis enim, quibus à Legato Apoſto-

Digitized by Google

lico Henricus Angliæ absolutus est, de cæde S. Thomæ Cantuarienſis, illo vel iubente, vel diſſimulãte, trucidati, hæc inter cætera illi impoſita fuiſſe; [f] *Ab inſtanti feſto Pentecoſtes, vſque ad annum, tantam dabitis pecuniam, vndè ad arbitrium Fratrũ templi, ducenti milites* (Equites hic intelliguntur) *valeant ad defenſionem terræ Ieroſolymitanæ, per ſpatiũ vnius anni teneri. Vos aũt à ſequenti Natali Domini vſq; ad triennium, accipietis Crucem, proxima tunc Æſtate illùc in propria perſona, ducente Domino, profecturi, niſi remanſeritis per Dominum Papam, vel Catholicos ſucceſſores eius.*

[f] *Extant hæc in Annalib. Rogeri fol. 503. in Hẽrico 2.*

*iij. Si RESTITVTIONES incertæ & vagæ, rerum vel inuentarum, vel malè acquiſitarum, quarum proprij domini ignorantur, hùc adplicentur, in pauperum ſcilicet vſus, qui talium veri hæredes ſunt, id eſt in captiuorũ ſub Turca, Bello & Ferro redemtionem; gazophylacijs & truncis (ad conſulendum pudori reſtituentium) in angulis Eccleſiarum conſtitutis. *Omnis enim qui malè agit, & malè acta emendat, odit lucem, &c.*

*iiij. Si PEREGRINATIONES, ſeu illæ votiuæ & ſpõtè ſuſceptę, ſeu quocunq; modo iniunctę, in Ieruſalem, ad S. Iacobum, ad limina Apoſtolorum &c. vel pretio ex æquo & bono æſtimato, quod hùc durante bello Turcico interuertat, redimi imperentur Pontificio aliquo diplomate, aut etiàm aliquandò militia perſonali, ad tẽpus pro rata æſtimandum.

Innocentium III. feciſſe Epiſcopis poteſta-

Digitized by Google

tem, *vt circa eos, qui de bonis suis Terræ Sanctæ voluerint subuenire, de discretorum virorum consilio, qualitate personarum, & rerum facultate pensatis, ac considerato nihilominùs deuotionis affectu, opus iniunctæ pœnitentiæ commutare possent in opus eleemosynæ faciendæ.*

*v. SI COLLECTAE, quę à Trinitariorum Ordine passim in Ecclesijs in redẽtionem captiuorũ laudabiliter hactenùs factę sũt, fiãt qui dẽ de more, sed nõ ampliùs æstuãte hoc bello Sacro, in hos vel illos Petros vel Paulos, numeratâ Turcis pecunia redimendos, expẽdantur, sed in stipẽdia militaria, & alia huius Sacri belli necessaria (vt oẽs omninò simul ac semel ferro, nõ auro ampliùs, liberentur qui capti sunt; &, ne deinceps, qui liberi sunt, capi possint) congerantur, conseruentur.

Nàm, semper auro numerato iàm captos redimere, nõ esse hoc Christianismum à seruitute liberare, sed Turcam ad captandos Christianos accendere, ex quibus scilicet quasi ex fertilissima villa, aut perenni aurifodina, censum annuum accipiat, & fiat semper in nos auro nostro potentior, & nostrò nos gladio iugulet.

g Camillum, illum alterum Romulum, *non auro, sed ferro*, Romanos suos, de Brenni & Senonum seruitute, redimi voluisse. g *Plutarc. in Camillo.*

*vj. SI GAZOPHYLACIA præterea plura in singulis templis cõstituantur, cum hac aut simili inscriptione (*DENARIVS SALVATORIS:*) vel (*REDEMPTIO CAPTIVORVM*)

Digitized by Google

vel (AVXILIA PEREGRINORVM) & hęc quidem duplicis generis; vnum, in quod Ecclesiastici; alterum, in quod Laici Spontaneas suas in bellum sacrum eleemosynas inijciant, quæ deindè singulis mensibus aperiantur à Triumuiris Sacræ pecuniæ custodibus creatis, & è suggestu, quantum in vno quoq; fuerit inuentum pro Concione publicetur, hac fini, vt sit quædam bona æmulatio, & liberalitatis certamen inter Laicos atque Ecclesiasticos; atque, vt appareat Laicis, Ecclesiasticos non semper esse Rogatistas, sed etiàm Donatistas, id est, nó semper petere, nilque dare, sed nosse etiàm erogare.

h Ex ep. Innocētij ad Arch. Magdeb. & ad Vienn.

Ità h Innocentium III. aliquandò mandasse, vt in Ecclesijs gazophylacium constitueretur, in quod fideles eleemosynas suas pro Terræ-Sanctæ defensione conferre possent, tribus clauibus consignatum, quarum prima penes Episcopum esset; secunda, penes Ecclesiæ Sacerdotem; tertia, ab aliquo pio religioso Laico conseruaretur.

i Rigordus

i Philippum Gallorum Regem propter instantem necessitatem, *cum assensu Cleri & populi decreuisse, quasdam decimas ab omnibus esse accipiendas, eo tantùm anno, qua dicta sunt* DECIMAE SALADINI.

Et quià Concionibus agendum quoque esse suprà dictum est; videri Procerum beatorum Concilio, expedire, ipso quoque tempore Concionis, in omnibus templis Christianorum & Catholicorum, & à Catholicis dis-

sen-

Digitized by Google

sentientium, fieri collectas in hoc bellum redemtionis Captiuorum, & defensionis nondũ captiuorum, quòd tùnc animi Auditorum sint vt plurimùm ad benè agendum inflammatiores.

*vij. SI TRIBVTA quædam vetuscula grauiora, populo à Regibus remittantur, noua quædam & leuiora, & plausibilioris titulis, hùc imperentur.

Si quislibet denarium vel vicesimum duntaxat possessionum, & quæstus sui, fide bona penderet, indè militum ingentem numerum, & immensam subitò pecuniam posse coaceruari.

Lentè antè discendum ac dissimulanter, quid ferè quæque Gens, Regio, & Vrbs possit, ne, publicato consilio, vnusquisque metu grauaminis studiosè celet opes suas atque potentiam.

Multò ergò antè hùc illùc præmittendos & spargendos acutos homines (Mercatores & eiusmodi) eosque benè taciturnos, qui cautè omnes omnium prouentus summatim explorent exactè, & perueſtigent; & eos, qui ex possionibus seu reditu pecuniario, pecuario, ex ruribus, ex prædijs, seu fructus seu census percipiuntur, minutatim in tabulas referant, ac tandem ad Vrbium primùm, deindè ad Prouinciarum Comitia referant examinandos, ne dùm caritas & necessitas prætexitur, charitas ipsa violetur, & in rerum angustias nimias aliqui redigantur.

k. Dom. Heriſſayius lib. narrationum Eutrapeli, narrat. 35.

k Potuiſſe non ita pridem veſtigari, ac reſciri Eccleſiaſticorum regni Galliæ cēſus annuos, & ad 12. miliones, & libras trecenta milia æſtimari, non accenſitis neque Xenodochijs neq; eleemoſynis.

Inculcandum in ſacris Concionibus, ità verè *reddi quæ ſunt Cæſaris, Cæſari*, & præſertim *quæ ſunt Dei, Deo*, pro quo maximè contra Dei & Filij eius Ieſu Chriſti immaniſſimos hoſtes hoc bellum ſuſcipiatur.

* viij. SI MVTVATIONES pecuniarum fiant faciles & ſine ſpe lucri aut vſuræ vllius, à ditiſſimis quibuſque publicè petitis vel blandè ac maternè impetrentur, vel paternè imperentur, dato tamen ſimùl promiſſo ſerio, & publici ſigilli impreſſione autorato, bona fide integrè quamprimū reſtitutum iri, bello illo cōfecto, vel annuas penſiones conuerſum iri, ſi fortè (quòd humanitùs non eſt timendum à Turca victi redirent Chriſtiani.

Chios certè, cum legem haberent de ære alieno publicè deſcribendo, pecunia indigentes, decretum tuliſſe: *vt debitores ciuitati pecuniam debitam mutuarent; vſuras verò creditoribus, ex vectigalibus ciuitas ſolueret, donec & ſortem ſuppeditaſſet.*

l. Demoſt. Olynthiac. 2. in fine.

Athenis, diuites aliquandò pro pauperibus tribuiſſe, referente his verbis ipſo l Demoſthene: *Id verò faciebant, ne de improuiſo vrgente bello fortè accideret, vt minùs diuites præſentes nummos non haberent. Nàm ditiores & pro eis, & ante*

ante eos, tributum pendebant, & quæ sic expenderant postea per otium recipiebãt. Nominabatur autem sexagenorum ille ordo Symmoria &c.

m Basilium quoq; Romani F. Imper. edictũ aliquando promulgasse, quo sanciebatur, vt exigendas à plebeijs hominibus, qui fortunarum detrimentum fecissent, publicas contributiones, opulenti ac facultatibus pollentes persoluerẽt. Eamq; exactionem nominatam ALLELENGYVM à sponsione ac fide iussione mutua. m. *Mich. Glycas p. 4. Annalium.*

Etiàm tempore *n* Expeditionis Bulionæ, à ditioribus pauperiores ad hanc profectionem adiutos, armatos, enutritos, & omnes tàm paruos quàm magnos se fratrum nominibus inuicem compellasse. n. *Paulus Ænyl. lib. 4. hist. Franc.*

Principem Boamundum, vti dissecuisse rũbeum suum in partes varias paludamentum, & cõmilitonibus distribuisse; ità quoq; reliquas suas opes socijs fore communes promisisse. Cœnobion quoque Pythagoricum inter milites, imò monasticum fore, nihil proprium cuiquam futurum.

Vti in nascente primùm Christi Ecclesia, in qua omnia erant communia, sic in sua militia & suis castris fore. *Act.*

o Quò-res-cumq; cadent, vnum & commune periclum o *Virg. 2. Æneid.*

Vna salus cocuntis erit.

Illud D. Pauli *Cõmunionis Sanctorũ nolite obliuisci*; & illud Collegij Apostolici in Symbolo

(*Communionem Sanctorum*) id suadere, rebus vt nunc stantibus, & tàm desperatis.

Omnia, rebus extremis, iure poli esse communia.

Melius & salutarius esse, pecuniam multorum expendi, militare, liberare iàm captos, tueri adhùc liberos iàm iàm penè capiendos, quàm infossam, aut arca & strophiolo captiuá & inclusam delitescere.

Illud pecuniæ seu mutuum, seu commodatum, non ineptè, neque iniquè imperari posse, vel Quæstoribus, vel Nouis hominibus, vel ijs omnibus, quos bellis domesticis nouissimis constat factos locupletissimos, Vespasiani instar, qui Quæstoribus & huiusmodi hominibus, quasi spongijs bene madidis, vtebatur, & aiebat: *Præfectis ac Quæstoribus, tamquàm spongiâ, vti pro tempore, vtile esse*; qui etiàm eosdem Quæstores vel minimi delicti reos graui ære mulctabat, & rursùs post mulctam numeratam ijsdem muneribus præficiebat, velut ærarium perpetuum aut aurifodinam perennem futuros; quod ipsum & Vitoldum magnum Lituaniæ Ducem memorant factitasse.

Ità scilicet factum ex oleribus quæstum, in rem hortensem (vt vulgus loquitur) iure quodam suo rediturum.

Ad fontes suos flumina redire, imò è terrâ & puluere natos homines, in terram quoque reuerti.

Messem auream è Repub. collectam, Reip. seruire oportere.

Digitized by Google

* IX. SI IEIVNIA Catholicorum Quadrageſimalia, & aliorum temporum, vel ſaltem aliquot hebdomadæ cuiuſuis dies, redimi ad tempus permittantur pretio taxato in ſingulos dies, pro modo facultatum cuiuſque, quod in vſum Sacri huius belli conuertatur.

Deum *Miſericordiam* talem, tàm publicam, tantâ neceſſitate, *malle, quàm ſacrificium*, & vni profuturam carnis macerationem.

Vel; ſi alia quædam Politica Ieiunia alijs temporibus ſuadeantur, vel indicantur, hac lege, vt precium eius, quod ſolet in ſecundam diei refectionem impendi, id omne in huius belli vſum numeretur.

p RHeginos ſic aliquandò Tarentinorum à Romanis obſeſſorum inopia ſauciatos, ac metuentes, ne fame ad deditionem cõpellerẽtur, IEIVNIVM DECVMANVM, id eſt, in denos quoſque dies, ſibi ſpontè indixiſſe, vt quod ſibi detraherent, Tarentinis accederet, quâ pietate obſidione eos liberarunt. *p Ælia. lib. 5. varia hiſt. c. 20.*

Fore quoque hoc non modò ſocijs politicè ſalutare; ſed medicè ipſis quoque Ieiunatoribus ſalubre.

Galenum enim decimæ ſemper diei abſtinentiam ſibi loco efficaciſſimæ, ac ſaluberrimæ medicinæ indixiſſe; cẽſuiſſeque, ægrè poſſe eum grauioribus morbis ſubiacere, qui decimo quoque die ab omni cibo abſtineat, aut ſimpliciſſima dieta vitam tranſigat.

Lacedæmonios petentibus pecunias Samijs, ad patriam recuperandam: magnà, &

Digitized by Google

Christianis sanè digna, caritate tàm Dominis, quàm Familiæ, & iumentis vnius diei Ieiuniũ decreuisse, & tantum ab vnoquoq; Samijs tribui, quantum quisq; si non ieiunaret cõsumeret, dignos planè homines qui Christi temporibus nascerentur, imò in hæc tempora sacri belli reseruarentur.

q *Leo Magnus ser. 2. de Ieiunio 10. mẽsis, & collectis eiusdem.*

A Leone Magno rectè suaderi, vt q *Ieiuniũ nostrum misericordijs pauperum subpleamus. Impẽdamus virtuti, quod subtrahimus voluptati. Fiat refectio pauperis, abstinentia ieiunantis. Studeamus viduarum defensioni, pupillorum vtilitati, indigentium consolationi, adiuuetur obpressus.*

Et credibile esse, Ecclesiam Catholicam initiò, non tantùm ad carnem coercendam, ieiunia indixisse, sed etiàm, vt esset vndè opera misericordiæ in miseros liberaliùs exercerentur.

*x. Si Quisquis deinceps equitare, aut curru vehi voluerit, nobilis, ignobilis, pro quolibet die, quo id facit (vltra pretium, vel Equisoni vel aurigæ dandum) certum nũmulũ hùc pendere iubeatur.

Et quæ non prosunt singula, multa iuuant.

*xj. Si Nemo arma deinceps aut emere, aut gestare (nisi iàm in Turcam militet, aut dederit nomen) possit, sine certâ pensione leuis tributi, & quoties ea emerit, & quoties ea gestarit.

*xij. Si Quoties liber aliquis aut nouus excudetur, aut vetus recudetur, toties pro decimo quoq; quaternione, vel pro decimo quoque

que exemplari, certus in vsum hunc census imperetur.

Ac quidem, quoniàm Typographis graue foret, ipsos hoc tributum pendere, quod sæpè venditio & distractio exemplariũ lenta est, & quandoq; nulla, nec æquum sit Autores premi, qui edendis libris publico bono suam sine inuidia scientiã communicant, quos cõtingit vt plurimũ proh dolor! quò sunt doctiores hoc esse pauperiores, & parùm soluendo: & posset denique hoc tributum vel Typographis, vel Autoribus ipsis impositum, publicum scientiarum bonum impedire, nec deceat cuiquam fraudi esse, quod bonus, quòd probus, quòd publicè vtilis sit; Proceribus beatis iustius visum esse, tributum illud Emtoribus solis imperari, vt fit apud Oenopolas, cùm vina pocillatim diuenduntur: vel Emtori & Typographo simùl sed in ipso actu venditionis, vt scilicet licitatione atque emtione libri peracta, vltra pactum pretium, iussum tributum pendatur vtrimque, media pars ab Emtore, à Bibliopola altera.

Nouum quidem tributi genus, sed non futurum perpetuum, & in bellum tale nulli docto refugiendum.

*1. QVIA bellum hoc merè misericordiæ est, à qua liberalium artium cultores, & humanioris literaturæ amatores, minimè deceat, per illiberalitatem & inhumanitatem summam, esse alienos.

*2. QVIA BELLO GERENDO aduersus totius literaturę & inhumanitatis hostẽ, qui de

Digitized by Google

ctas & artium inuentrices Athenas, id est, Academiam vniuersi funditùs euerterit; armis & vi omnia, nihil literis & ratione gerere velit, æquum est literatos, saltem tributo ex literis numerato, pro literis & literatis militare, alioqui cum suis literis Turcâ victore interituros, *inter* cuius *arma silent leges*, literæ, ratio; cuius omne *ius in armis est*.

*3. QVIA Sic hi Platones suos Aristoteles, alij suos Ciceroues suosque Demosthenes, & veteres omnes, totos integrosque pusillo tributo in hoc bellum numerato, pleniùs ac melius tuebuntur, quàm paucas nùnc eorum sententias, verbis & scriptis, pro ipsis, tanto conatu, eoque laudabili & homini congruentissimo, decertando.

Excreturum profectò in pecuniam ingentem hoc tributum, quamlibet singulis libris pusillum; quandoquidem nihil hoc seculo literatius, & emendorum componendorumque librorum nùnc seges vberrima, & nullus finis.

Horat. *tenet insanabile multos Scribendi cacoethes.*

Scribunt indocti doctiq; poemata passim.

Cumulum Hesiodium, & nescio quos mòtes pietatis indè mòx enascituros.

Testulas multas, à multis olim congestas, sensim in montem testaceum intumuisse.

Ex arenulis, congestos ad sidera montes; imò ex atomis & indiuiduis illis corpusculis, Epicuri sensu, immensam hanc mundi molem emersisse.

Ut verò, ferè nullorum magis interesse, bello-

bellorum illud seminarium semel benè extingui, quàm literatorum, quorum literis studijsque quocunque bello malè est, quæ tàm sine Pace & Otio algent, quàm *sine Cerere & Bacchofriget Venus.*

Quum cessat Phœbæa chelys, quum carmine rupto
Aoniæ siluere Deæ, Mars impius autor.
Quum, spretis audax Musis petit arma Iuuentus,
Et volucres premere audet equos; Mars impius autor.

Sanus Pannonius in querela Italiæ ad Fridericū III. Imp

* xiij. Statvatvr per leges sumptuarias, singulis hominum ordinibus, meta vestiendi, tàm in materia, quam colore vestium &c. & mulcta certa transgressoribus imperetur, pendenda toties quoties, in huius belli vsum; & si tertiùm relabentis culpa non aliter mulctetur, quàm vestis ipsius amissione, sub hasta vendendæ, in suppetias huius belli.

Sic enim, & Christianiorem fore Ethnicismum illum vestium, qui nùnc adeò viget, & verè tùm dictum iri illud; *Qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.* Matth. 11.

Et forsitàn hinc ciuilia bella feruorem suum remissura, quorum origo ab his etiàm causis Deum iritantibus, Isaia dicente: *Propterea quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo &c. decaluabit Dominus verticem filiarum Sion &c. pulcerrimi quoq; viri tui in prælio cadent.* Isai. 3.

Ee

Et præter augmentũ ærarij, conciliaturum hoc ipsum quoq; Christianorum armis auxilium Dei, qui ferè cinere & sacco indutorum solet misereri.

*xiiij. SI LVPANARIA (quod bona pace castarum aurium dictum sit) ad grauiora tributa compellantur.

Sic enim, aut pecuniam satis grandem colligi posse; aut tributorum immoderatiorũ grauitate territos mœchos, à fœdis actibus cõpesci, *tanti pœnitere non empturos* cum Demosthene, quorum alterutro roboratur Christianorũ exercitus, pecunia, si etiàm sic mœchari perseuerarint; gratia & dexterâ Dei adiutrice, si à peccatis desiterint.

Quinetiàm, si nec sic desiterint, &, mille drachmis licet, tñ Corinthũ ad Laidẽ adierint, forè sic peccata virorum rariora tantę mulctæ horrore, meretricũ verò, per visitationũ infrequentiã; hinc pauperib. clausa ad eiusmodi officinas viâ per inopiã, diuitibus per illibentiã sæpius tàm pretiosè insaniendi: sed & leuiora crimina fornicantium futura: Fornicariæ patientis, quæ sc animam tùnc non gratis, aut non tàm vili, quam solebat, vendet; fornicatoris agentis, qui ærario belli Sacri locupletando, aliquo modo peccatum misericordiã pauperum redemerit.

Principem quandam fœminã non ità pridem, hoc astu conatam talibus peccatis viam præcludere.

*xv. SI VENDAT, vel certè obpignoret

Digitized by Google

ret *tunicam ſuam* aliquam è multis, ſuperfluam quiſque potentior (vt aiebat ſuis Chriſtus moriturus) *& emat gladium.* Vendat, ſi non omnia, ſaltem pauca de omnibus, quæ habet, Comitatũ vnus, Ducatũ alter, hic vaſa aurea, iſte argẽtea, cuncta mũdi muliebris myſteria, quæ tantâ pompâ otiosè in abacis nùnc oſtentantur, & emat margaritam illam & agrum illum Terræ Sanctæ.

Venditionem iſtam, etſi duriuſculam, habere maiorũ, etiã Ethnicorũ exemplum.

t Gothifredum illum Bulionæum Lotharingiæ Ducẽ, Sperto Epiſcopo Leodienſi Ducatum ſuum Bulionẽſem, magnâ auri ſummâ, in ſacrum bellum vendidiſſe. *t. Æmyl. lib. 4 hiſt. Franc.*

u Arpinũ quoq; Comitem de Berry tũc vrbem ſuam Burdegalenſem (Gall. *Bourges*) Regi Gallorum Philippo ſexaginta milibus aureorum vendidiſſe. *u. Ibid.*

x Robertum Normandiæ Ducem, etiàm Comitatum ſuũ Coutantiæ fratris ſui Henrici propriũ feciſſe, pretio mille & ſexcẽtarũ librarũ argẽti, ac prætereà Ducatus ſui reliquias fratri ſuo Guilielmo Anglorum Regi obpignoraſſe, terdecies mille ſexcentis, adeò vt in patriam redemti non eſſet Dominium vllum liberum & ſolidè illius vnius. *x. Ibid.*

Laudabiliorem, & publicè vtiliorem illam bonorum abrenuntiationem, venditionẽ, & in captiuos liberandos diſtributionem, quàm ſi eadẽ, rebus vti nùnc ſtantibus, monaſterijs addicantur.

y Ma-

y Ibid. y Matronas ipsas tùm quoque, non modò maritos, neque filios ab illo bello non auocasse, quin potiùs pretiosam quamque suppellectilem diuendidisse, ipsis adiutandis atque animandis.

z Ex lib. Gall. de orig. Turc. pag. 14. z Neminem ferè tùm nobilium & ignobilium fuisse, qui non aut sua venderet, aut obpignoraret, studio ad bellum proficiscendi.

Et verò, quidni sic Christiani nùnc, & olim? Etiàm M. Antonium, Ethnicum licèt, ne tributis imperandis fieret populo grauior, supellectilem domesticam in stipendia militum distraxisse. Matronas ipsas olim Romanos, in lacunam illam Romæ exitiosissimam, vt eam vel sic obplerent, annulos, gemmas, torques, omnem denique muliebrem suum mundum certatim intrusisse; M. verò Curtium tandem etiàm seipsum.

* xvj. Si Vrbes Turcis illo bello ereptæ & captæ, pagi, agri, & prædæ diuendantur (vt dictum suprà) pretia autem in ærarium publicum bona fide referantur. Imò, si domus, palatia, prædia nondùm capta, sed sperata, etiàm ante exitum, vili pretio vendantur, aurum verò præsens numeretur, refundendum tamen ab Rege illo vel Principe, cui Senatus bellicus oppidum iàm captum habendum oppidum decreuerit.

Quidni? Lectum enim alicubi, a *illis ipsis, quibus Romanus obsidebatur, diebus, agrum, quem Annibal castris insederat, venalem Romæ fuisse, hastaq;*

a Florus li. 2. c. 6.

hastæq; subiectum inuenisse emtorem.

*xvij. SI PHRATRIAE, seu societates, & (vt vocant) Confraternitates nouæ instituantur, & priuilegijs honoribusque incitentur, quarum aliquæ, cohortes peditum istæ; equitum turmas aliæ, liberalitate sua motuque proprio sustentent; aliæ puluerem tormentarium procurent; aliæ aliud in illud bellum pēdant, spōte sua.

Liberalius dantibus, altaria Sacellorū suorum melius priuilegiata concedantur.

Vel Turcis ipsis genus esse peditum, quos singulæ Prouinciæ ac Ciuitates, mandato Imperatoris, suis sumptibus, nempè collata in singulos menstrua stipe, ad bella mittunt.

*2. SACRIS VERO PECVNIIS quoque; sed id consilij beatos Proceres nunquàm daturos fuisse, nisi scissent b *boni ciuis officium esse, vt Reipubl. caritatem suauitati orationis antepo nat.*

b *Demost. Olynthiaca 3.*

Intelligere se, si non loquantur placentia hominibus plerisque, loqui saltem quæ Altissimo & placent, & ipsum placant; & qualiacumque dicant, Charitatem in Christum & proximum, partim sub Turcâ iàm obpressum, partim mòx mòx (nisi ità fit) obprimendum, vrgere ipsos sic loqui.

Sacram autem pecuniam ferè vt sequitur multam cogi posse.

*j SI ECCLSESIASTICI, atque ipsæmet Ecclesiæ, id est, templa Domini hùc aliquid

pendere, Pontifice decernente, iubeantur.

Certè Synodum Romanam iàm olim, sub D. Vrbano martyre, anno 225. de bonis Ecclesiæ adtributis, sic decreuisse: [c] *Ipsæ res fidelium, quæ Domino offeruntur, non debent in alijs vsibus, quàm Ecclesiasticis, & Christianorum fratrum vel indigentium conuerti: quia vota sunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum vsum explendum tradita.* Et post pauca. *Res Ecclesiæ, non quasi propriæ, sed vt communes & Domino oblatæ, cum summo timore, non in alios quàm in præfatos vsus sunt fideliter dispensandæ, ne sacrilegij reatum incurrant, qui eas indè abstrahunt, ne pœnam & mortem Ananiæ & Saphyræ incurrant; & quod peius est Anathema Maranatha fiant.*

c Vide Bre. Rom. 25. Maij.

A [d] Gelasio Papa rationem illam adferri, cùr Episcopus possit sibi aliquid adtribuere, vt habeat quod exteris captiuisq; largiatur.

d Cap. Præsulum 16. q. 3.

Ambrosij senso, *Aurum Ecclesiam habere, nõ vt seruet, sed vt eroget.*

Ex Erasmi mente [e] *Iniquum non esse, vt qui feuda possident, pro sua portione conferant, & qui participes esse voluerunt honoris, oneris quoque partem ferant.*

e Eras. in consult. de bello Turcico.

D. Hilarij prønuntiatum esse; [f] *Porrò si rebus Cæsaris* (vel seculi) *incumbamus, si iure potestatis eius vtimur, & nos tamquàm mercenarios alieni patrimonij procuratione subijcimus, extra querelam iniuriæ est, Cæsari reddi, quod Cæsaris est; Deo aũt, quæ eius sũt propria, reddere nos oportere.*

f D. Hilar. cõmen. in Matth. canone 23.

Cre-

Credibile ergò, Pontifices, Cardinales, Episcopos, Abbates, & Canonicos paria saltem cum Laicis (pro cuiusq; opum beneficiorumque ratione) perlibenter hùc tributuros, tàm ex parentum & laico illo, quàm Crucifixi patrimonio.

Huc incitari Ecclesiasticos, quà à
1. *Nominis ratione;*
2. *Inuidiæ declinatione.*
3. *Christi exemplo;*
4. *Religionis adspectu;*
5. *Officio pastorali;*
6. *Populi alacritate tùm futura.*

*1. NOMINIS RATIONE. Ideò scilicet iàm olim dictos Cardinales significantissimè, quòd eorum sit, qua morum sanctimonia, qua eruditione sacra, qua zelo Christianæ pietatis; qua totis viribus opibusque præ cæteris fulcire domum Dei, & pro cardine illi esse, minimeque omnium cessare tanto cardine rerum.

Illos hùc contribuere consentaneum esse, vel idcircò, ne blasphemet infirmus populus de illis, dicens; *circa cardines cœli* (Ecclesiæ) *perambulant, nec nostra considerant.* Iob 22.

Aut: *alligant onera grauia humeris nostris*, & vt Simones Cyrenæos angariant, *digito autem suo nolunt ea mouere.*

*2. INVIDIAE DECLINATIONE. Vt desinant Ecclesiasticorum opes tã inuidiosæ Laicis esse, quàm vulgò habentur; nec putentur velle strepitum Regum æmulari, aut præire: Domi in pace socij esse velle, imò

Digitized by Google

& Domini Regum, abutentes hoc Poetæ ver-
[g] Virgil. 1. Æneid. su, g *Romanos rerum Dominos, Gentemq; togatam;* foris autem & militiæ, nulli: neque tandem intra se sæpè, ac nonnunquàm verbis quoque conceptis foras eructent laici maleuolentiores huiusmodi blasphemiam: *Nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum:* aut instar Catilinæ sic declamitet:
[h] Sall. in Coniura. Catilina. h *semper illis Reges, tetrarchæ vectigales esse: populi & nationes stipendia pendere: cæteri omnes strenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus fuimus, sine gratia, sine auctoritate, ijs obnoxij, quibus ſi Respubl. valeret, formidini essemus. itaque omnis gratia, potentia, honos, diuitiæ apud illos sunt, aut vbi illi volunt. Nobis reliquere pericula, repulsa, iudicia, egestatem:* aut
[i] Videlon. Bapt. Egnatius li. 6 Exempl. c. 6. i Francisci Aragonij dictum ad Sixtum IV. aurea supellectili inflationem, vsurpent: *Claudicanti deinceps efficaciter dicere non posse cum Petro, surge & ambula, quòd Petro tanto sint impotentiores, quanto ditiores;* neue alia multa vel imperiti vel impij blasphement.

*3. CHRISTI EXEMPLO, qui rogatus tributum, dedit non inuitus, dicens: *Demus, demus, vt non scandalizemus eos,* valere iusso, quòd filius esset Regum antiquorum, & proindè priuilegiarius.

*4. RELIGIONIS ADSPECTV. Non enim solius Cæsaris esse, aut Laicorum, id est, de finibus agrorum, hoc bellum sacrum, sed etiam & maximè Ecclesiasticorum, vt Religio-

gionis Christianæ capitum, id est, pro aris & focis, quorum tàm extirpationem Turca molitur, quàm pomœriorum & finium suorum extensionem. Quibus hostis sit communis, communiter cum cæteris onera belli ijsdem subeunda.

Imò quibus hostis sit inimicior & intolerabilior futurus, illos hosti alacriùs resistere oportere.

Ecclesiasticis certè & Clero Turcam victorem futurum intolerabiliorem, & quà sunt Religionis illi aduersæ Duces, quibus extinctis, cæterorũ frigida futura sit religio; & quà eruditiores sunt, & vt ductores, ità Doctores regni Dei. (Hostis enim literarum osor infestissimus est) & quà iniuges ferè, & liberiores solent esse à tributis & oneribus, quàm reliqui (hostis enim ille, Nobilitatis maximè ac Libertatis est persequutor) & qua sunt ab operis seruilibus maximè alieni, adsuefi semper Domino Deo feriari (hostis autem ille victos operibus duris sordidisque solet exercere.)

k *Et nescio etiam quo modo minùs timet mortem, qui minùs deliciarum nouit in vita.* k Vegetius

*5. Officio Pastorali, quo tenentur animam dare pro ouibus suis, oraculo Christi.

AEgerrimè daturum videri Pastorem pro ouibus animam suam, & pro Christo patrem & matrem, & agros relicturum, qui deneget pro eodem, substantiæ particellam, rebus tàm

Digitized by Google

aduersoloco constituris conferre.

Nũquàm pro Christo abnegaturum semetipsum, qui res & pecuniam non possit. l *Minus quippe esse abnegare quod habet, valdè enim multum esse, abnegare quod est.*

l D. Greg. hom. 32. in Euang.

Desperari, pro viduę filio seruiturum vnquàm Tyranno cum Paulino Nolæ Episcopo; qui ne cum illo quidem, non tota, sed aliquantula pecunia, tot myriades Christianorum sub Archityranno Turca captiuorum velit redimere.

Sperari non posse. instar Fabiæ gentis, quæ aliquandò cum Veientibus sola bellum priuato sumtu gerere à Senatu petijt, & impetrauit; aut instar Francisci illius Ximenij Toletani Præsulis, Ordinis Diui Francisci hominis æterna memoria dignissimi, solos suis opibus longa ante parsimonia (quæ sanè vectigal est magnum) sensim cumulatis, bellum sustentaturos, & Saracenos ex Hispania, id est, Turcas ex patria sua ejicere conaturos, qui nolint, vel cum alijs adeò multis, sumptum Turcici belli sustentare.

Ex Cardinalibus vnum audiendum, qui sic definiuit: m *Si animam multò amplius Prælati substantiam dare tenetur. Spectare autem videtur ad charitatem vestram* (adloquitur Ecclesiasticos) *in tanto Christiani populi necessitatis articulo, de bonis Ecclesiasticis, ad expensas armatorum profusè largiri.*

m Card. Turrecremata cap. vlt. lib. sui de erroribus Mahumetu, exhortatione ad Principes.

6. Populi alacritate tùm futura lucun-

Iucundissimum enim fore, atque ædificationi laicorum adcõmodissimum, audire has Innocent. III. voces dicere Clerũ vniuersum. *Ne in humeros hominũ onera grauia & importabilia imponere videamur, quæ digito nostro moueré nolimus &c. ecce nos de his quæ vltrà necessarias & moderatas expensas potuimus reseruare, triginta milia librarum in hoc opus cõcedimus & donamus præter nauigium, quod Cruce signatis de vrbe atque vicinis partibus cõferimus, adsignaturi nihilominùs ad hoc ipsum tria milia marcarum argenti &c. Nos autem & fratres nostri S.R.E. Cardinales plenariè decimas persoluemus, sciãtque omnes se ad hoc fideliter obseruandum per Excommunicationis sententiam ligatos &c.*

Et istas Calixti PP. ad Fridericum Imp. n *Necessaria nobis detrahimus, vt incumbenti necessitati pro parte subueniamus.*

Quàm faciet Laicos liberales Innocentij III. ista constitutio, si in vsum reuocetur; o *Ex communi Concilij adprobatione statuimus, vt omnes omninò Clerici, tàm Subditi quàm Prælati, vicesimam partem Ecclesiasticorum prouentuũ vsq; ad triennium conferant in subsidium Terræ-Sãctæ, per manus eorum, qui ad hoc Apostolica fuerint prouidentia ordinati. Quibusdam dumtaxat Religiosis exceptis, ab hac prætaxatione meritò eximẽdis, illis similiter, qui assumto vel assumendo Crucis signaculo sunt personaliter profecturi.*

n *Ep. ad Friderick Imp. 371. apud Æneam Syluium lib. 1.*

o *Innoc. 3. in constit. de recup. Terræ-Sanctæ.*

Quàm ædificabit etiàm *eos qui foris sũt, aut ex aduerso sunt*, vt nihil habeant malum dicere de Catholicis, audire Paulum V. miro cum

Innocentio III. consensu, & concentu, idem nunc scribere, quod ille iam olim ad Archiepiscopum Magdeburgensem, eiusque Suffraganeos, & mandare, vt ab omnibus Clericis & Religiosis Quadragesimam reditum partem, pro subsidio Terræ Sanctæ, exigant] & cum eodem antecessore suo, in eamdem sententiam diploma mittere per totam Alemaniam, per Tusciam, per Lombardiam, per regna Franciæ, Angliæ, Hungariæ, per Sclauoniam, Hyberniam, Scotiam!

p Ex tom. 2 ep. Innocent. III. fol. 562. & seq.

Quàm recreauerit omnes, quosdam ex articulis in electione Sanctissimi D. N. Leonis Papæ X. super reformatione vniuersalis Ecclesiæ Christianorumque Principum &c. in vsum reuocari? Aurea tùm secula, Turca radicitus extirpato, Christianos mòx visuros, quorum collo modò modò prendenti si mille & imminens Barbarus formidatur, & penè deditionem aut cædem cuique clamando imperare auditur; *Dede, dede, cede, cede, Christiane, cade, cade, miles, ne parce ferro.*

Popellum Laicorum tùm plus ac libentiùs collaturum, quàm opus erit, ac fortè annulos, torques &c. id genus, tanta copia, vt præconis voce sit præcipiendum (vt olim in ædificatione Mosaici tabernaculi) à donis desistere.

Experimentis priscis, ex pop. Rom. historia petitis, id intelligi. Cùm enim primùm decretum esset, militem de publico stipendium accipere (anteà enim eo munere de suo quis-

Digitized by Google

quisque fungebatur) eamque ob causam indictum esset tributum, Tribunis plebis edicentibus, se auxilio futuros, si quis in stipendia tributum non conferret, non expectato auxilio tribunitio, repentè fuisse certamen conferendi ortum, cùm primùm ipsi Patres (quia nondùm argenti signati vsus erat) æs grauo plaustris ad ærarium conuexissent.

Posteà quoque Senatum, diruto ærario, noluisse noua ciuibus tributa, aut socijs imperari, q *sed ità Patres disseruisse: Omne aurum, argentum, as signatum ad Triumuiros mensarios deferamus, vt voluntaria oblatio & certamen adiuuandæ Reipub. excitet ad æmulationem animos, primùm Equitum, ac deindè reliquæ plebis. Itaque Senatores tanto certamine in publicum contulerunt, vt prima inter primos nomina suæ vellent in publicis tabulis esse, vt nec Triumuiri Mensarij accipiendo, nec Scribæ referendo sufficerent.* q Ex Diodoro.

Partâ victoriâ, Senatum mutuam pecuniâ singulos bona fide decreuisse.

Sumtus in hoc bellum, maximos sanè futuros, ab Ecclesiasticis sic liberalibus adiutos, facilimè tùm posse sustentari.

Nàm si, quod ab aliquo scriptum est, verum est, in solis Gallijs, solum vnum Ordinem quempiam, singulis annis reditus decem tonnarum auri colligere (quod est tamen à r Montano refutatum.)

Si verum est, Gallicum Clerum duodecim miliones ac trecenta milia librarum possidere (vt scripsit Heriffayj Dominus.)

r *Montanus c 33. Apoll.* s *Heriffayius in narrationib. Eustapoli narrat 35.*

Digitized by Google

Si non est supra fidem, [t] Ioannem XXII. ducentas quinquaginta auri tonnas reliquisse:

[t] *Petrarcha fol. 228.*

Si credibile est, Sixtum V. quinquennij, quadrimestris,& tridui tempusculo,quo proh dolor! tantum sedit, sed non sanè desedit, etiàm post tot stupenda opera sumtus penè infiniti,& post non tàm ornatam Romam quàm renouatam,etiàm cumulasse ac reliquisse, studio(vt lępè aiebat)magnum quiddam moliendi, [u] quinque auri miliones;

[u] *Chronologia Romanorū Pontificū Romæ edita Italicè.*

Si (quod iactant Veneti)verum est, solum Venetum Clerum tonnas auri septemdecim possidere;

Si tantæ sunt Monasteriorum Gallicanorum, Belgicorum, Germanicorum quorundā opes, vt multis fuerint (immeritò tamen)inuidiosæ; Deus bone! quanta, ad Turcam debellandum, poterit, vel ex solo Christi patrimonio, pecunia, si volet tantùm verbo dicere, Pontifex Max. confieri & cumulari!

Tantum dicat ille *verbo, & sanabitur puer* ille sub Turca iacens paralyticus,& vinctus.

Subiecisse autem mòx Proceres, non incōsultum fore, si Pontifex Max. de Monasteriorum, Episcopatuum, & Canonicatuum prouentibus priùs cōmodè iubeat scisciari (quod Henricum IV. in Gallia fecisse fama fuit) ac deindè idem Pontifex (perseuerante dum taxat bello esto Sacro) legem ferat sumtuariam, quæ certam ac decentem metam expensarum, cuique pro Ordinis & status sui dignitate,

Digitized by Google

tate, in victum vestitumq; & in sarta tecta Monasteriorum & templorum præfigat, cætera iubeat in Turcici belli ærarium referri.

Illud Christi, *Estote prudentes, sicut serpentes*, significare etiàm opes esse aliquandò perdendas, vt saltem caput, vita, ac fides ipsa seruetur. Vulgò enim iactari, serpentem, dùm caput seruet reliqua membra periculis audacter exponere, quod, saluo saltem sibi capite, spes illi multa est velut renascendi.

Sæpè vtilissimè partem amitti, vt totum conseruetur; & iacturas in maria turbata fieri rerum etiàm haud spernendarum, vt vectores cum potioribus mercibus emergant.

x Incommodi exigui nimia declinatione, in maxima sæpè homines præcipitari. x *Hist. prou.* Por no gastar lo que basta, lo que era esculado se gasta.

Nil profuturum homini cuicunque, *si vniuersum mundum lucretur, animæ autem* & vitæ *suæ detrimentum patiatur.*

Prudentiores esse filios huius seculi, in generationibus suis, filijs lucis.

Ab Esau, quamuis reprobo, sapientissimè dictum, in negotio non ità dissimili; *Si morior, quid mihi proderunt primogenita?* *Genes.*

Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, daturum pro anima sua, dixisse etiàm Spiritum illum, vt nequissimum, sic *callidiorem cunctis animantibus terræ*, & versutissimum. *Iob.* *Genes.*

Adolescentem quoq; illum Euangelicum (seu Ioannes, seu Iacobus is fuerit) certè pruden-

dentissimè, *relicta Syndone, nudum profugisse ab eis*, qui se cum Iesu comprehendere videbantur.

Genes. Iosephum rectè laudari, quòd relicto pallio, de manibus Dominæ procacis effugerit, ne tàm famam, libertatem, vitamque, deprehensus amitteret, quàm non deprehensus pudicitiam, virginitatem, & gratiam Dei.

AEgyptios deindè omnes eidem Iosepho prudentissimè quoq; agros dedisse, ne agris seruatis fame interirent.

Matt. 6. *Nonne anima plus est, quàm esca, & corpus plus quam vestimentum?*

Elephantem & Castorionem, bruta animantia, vel huius quoque prudentiæ homini magistros esse, quorum hic testiculos sibi ipse morsu auellit, & persequutoribus proijcit; ille sibi dentes eburneos extundit, ac venatoribus relinquit, potiùs quàm vt dum illa nimiũ seruant, capiantur, & ipsi cum illis ipsis pereant.

Contrà, y Calypham Baldacensem, superstitionis Mahometanæ Pontificem, insipientissimè fecisse, qui se non modò cum opibus perire, quàm opes sine se perire, sed etiàm & se & opes ludibriosos esse maluit. Cùm enim Haalonus nescio quis Tartarus, coagmentatis cum Rege Armeniæ copijs, Calypham illum in Metropoli Baldaco, virili quidem, sed non longà obsidione cinxisset, cepissetque, & opes (vt fit) vniuersas, regiosque thesauros diripuisset, & admiratus tantas gazas Calypham interro-

y De Bryli. de orig. Turcarũ ca. 25. Itẽ alius libellus gallicus de orig. Tur.

terrogasset; *quamobrem præsenti ære externum militem, quo se suosque ab hoste tueretur, non conscripsisset*, præsertim cum parata pecunia cordatissimis & fortissimis viris facillimè stipendia numerare potuisset; ipseque Calyphas respondisset, *persuasum habuisse, se militis domestici defensione & virtute, ac propugnaculis tutissimum esse, externis auxilijs nihil opus visum fuisse; iudicasse, tantis ijsque superuacuis sumtibus parcendum esse*, tum Haalonum victorem mãdasse, argentum, aurum, regia pocula, & vniuersos thesauros ipsumque Calypham in turrim stagno circumcinctam comportari, includi, *mediumq; inter thesauros suos collocari, minatum seuerissima, si quis vel panis buccellam, aut aquæ guttam auaro Pontifici porrigeret. Itaq; sordidissimum auarissimumq; Calypham, amore diuitiarum, sibi & subditis patrocinium & defensionem iustam & necessariam negantem, & captum esse, & in medijs opibus, inedia ludibrioßissima, mortuum.*

Negaturum esse neminem (ne insanum quidem) multo melius futurum fuisse, vel omnia in auxiliarem militiam profudisse, quã huc exitij incidisse.

Constantinopolitanos etiàm æternam sibi infamiam & seruitutem creasse, qui auro infosso ditissimi, *ne quinquaginta milia aureorum Imperatori* suo supplici, in Imperij defensionem, *darent*; Vrbem, Religionem, seque Mahometi prodiderunt, etiàm post victoriam &

Digitized by Google

thesauros illos repertos *miranti, tàm opulentos perire potuisse.*

z Bessarionem ipsum, Cardinalem Nicenũ, ità de thesauris illis testatum; *Quia noluerunt quinquaginta milium aureorum sumtu, in tempore opitulari Byzantio, ab ea communem hostem propulsare &c. eorum quæ amisimus vnumquodque centies millenis milibus non imprudenter emeretur.*

z Bessarion. ep. M. S. ad Bassarionem Monachum, et Abbatẽ Byzantium, captum.

Græcos, pecuniam suo Cæsari primùm in defensionem Vrbis negatam in tempore, extremo euersionis die, serò & inutiliter, ad pedes eius proiecisse.

Et non ità pridem, Gallum illum Cameraco imperantem, parùm Gallicè, id est, parùm cautè fecisse, qui obsidente vrbem atque arcem Comite Fontano, Regis Hispaniæ Legato apud Belgas fortissimo, Germanis militibus æream monetam sic inscriptam (*HENRICO PROTECTORE*) pro stipendio artè obsessus numerarit, abundans meliore ac probatiore. Nouo enim Imperio sic, etiàm à suis idcircò auersis, extrusum esse, quod datâ aureâ aut argentea (quam illi non defuisse tùnc adparuit, quum rebus desperatis eius vxor, ex arce prodiens, vt militem tumultuantem placaret, gremium sinumque iusta pecunia plenum frustrà ostentauit) potuit fortè sibi ac suis conseruasse: etsi tùm Catholicis vtile fuit, illum sic desipuisse, qui sic Cameracum, oppidum alioqui penè inexpugnabile, rece-

receperint, & Cathedræ ſuæ eiectum Epiſcopum reſtituerint.

Ità Spartam illam Gallo illi quoque auaritia perijſſe.

Fœlix quicunque dolores
Alterius, diſcet poſſe carere ſuo.

*ij. SI SACRA VASA, aurea argentea, candelabra, thuribula, lampades, ſacræ imagines Diuorum, thecæ reliquiarum, Cruces, baculi paſtorales, mitræ, pretioſiores illæ & gemmis graues, primò, occultè vel palam, vti vidébitur, iuſſu Pontificis, per pios homines toto Chriſtianiſmo recenſeantur, ac deindè tradi iubeantur. hùc delectis à Pontifice Quæſtoribus, cũ ſerio reſtitutionis, ex prẽda exacti belli, promiſſo, cuius fides fiat vel per ſchedulam legitimè autoratam, ac demũ vel conflẽtur, & indè fiat, quæ appelletur, à materia ac fine *MONETA SANCTA*, (quo nomine inſcripti erant argentei illi, quibus Chriſtus emtus eſt) vel ſic, à loco: *SICLVS SANCTVARII*, (quo nomine dicebatur nummus templi Moſaici) vel ab Autore: *DENARIVS S. PETRI* (quo nomine vetus illud tributum, quod Angli olim diu Eccleſiæ Romanæ pependerunt, adpellabant.

Et prætereà prohibeatur ex illa nihil conflari, vt, cõfecto iã Turcico bello, redimi poſſit, & iterùm in ſacra vaſa conflari.

Vel; ſi profanatio ſacrorum, & artis manus antiquę iactura moleſtior; opulentis hominibus, Regibus, Principibus, Mercatoribus &c. ob-

obpignorentur, vt exacto bello, repensa pecunia, recipiantur.

Nec alienum, nec bello parùm vtile fore, si ærea ferreaque, vt candelabra arborata, campanæ, vt quæ eiusmodi, etiàm præbeantur, tormentis bellicis maioribus, maiore numero conflandis, & armis reliquis excudendis, in quibus multum semper præsidij fuit.

Quidni? subiecisse Proceres. Apud Deum enim excusando facturos Ecclesiasticos, quod apud Decium Tyrannum olim Sacrarij Præsul Laurentius, a *qui, vbi opes Ecclesiasticas repositas haberet ostendens, numerosissimos sanctorum pauperum obtulit greges, in quorum victu atque vestitu inamissibiles considerat facultates: quatitò integrius erant salua, quàtò sanctius probabatur expensa.*

a D. Leo ser. in Natali S Laurentij.

Et molliter inflectendo Paulini Nolæ Episcopi verba, responsuros: b *Domine, ne excrucier propter aurum & argentum; vbi enim sint omnia mea, tu scis.*

b Vide Aug. li. 1. de ciuit. c. 10. Greg l. 3. Dial. c. 2 & 3.

Si quis aliquid vobis dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet.

Magnis exemplis atque autoribus, in eos vsus accepisse, aut dedisse. Romanos quidem valdè hic religiosos fuisse, de quibus ipsis sic cLiuius: *Iàm antè in eo religio Ciuitatis adparuit, quòd cùm in publico deesset aurum,* (obsesso scilicet à Brenno Capitolio) *ex quo summa pacti mercedis Gallis confieret, à matronis collatum ac ceperant, vt sacro auro abstineretur. Matronæ gratia acta, honosq; additus, vt earum, sicut viro-*

c Liuius li. 5. dec. 1.

Digitized by Google

rum, post mortem solemus laudatio esset: attamen vel tandem sic feciſſe. Nam, cùm ipſis ab Annibale ad Cannas victis *arma non erant, detracta sunt templis.* d *Florus lib. 2. de gestis Rō. cap. 6.*

Sic Dauidem ipſum, gladium Goliathi, iàm pridem adpenſum tabernaculo Domini, contra vim Saulis perſequentis, ſumma neceſſitate vrgente, recepiſſe, Sacerdote ſummo etiàm permittente. 2. *Regg.*

e D. Ambroſium ſacris vaſis etiàm captiuos redemiſſe. c *D Ambroſ. lib. 2. Off. ca. 28.*

f Cyrillum Ieroſolymorum Epiſcopum, cùm alio modo non poſſet, famis tempore, pauperibus ſubuenire; omnia vaſa, & alia ornamenta, in eleemoſynas vendidiſſe. f *Hiſt. Trip.*

g Sanctum Acatium, Amidæ in Meſopotamia Epiſcopum, cùm magnam Perſarum multitudinem magna neceſſitate premi vidiſſet; Clerum conuocaſſe, & *poſtquàm multis oſtendiſſet Deum neque patinis, neque calicibus egere, Eccleſiæ vaſa conflaſſe, vendidiſſe, diſtraxiſſe, in redemptionem captiuorum, ſuſtentationemq; miſerorum.* g *Ibidem lib. 11 ca. 16. Item Martyrol. Rom. 5. Idus Aprilis.*

h D. Franciſcum, virum illum tam Catholicum, & ſacrorum tantùm admiratorem, *nulli prorsùs rei ſolitum parcere, nec mantellis, nec tunicis, nec libris, nec etiàm paramentis altaris: quin omnia hæc dùm poſſet, vt pietatis impleret officium, indigentibus largiretur.* h *D. Bonau. lib. 1. vitæ Frā. cap. 8.*

i *Ezechiam*; Regum poſt Dauidem religioſiſſimum, *dediſſe Regi Aſſyriorum omne argentum quod repertum fuerat in domo Domini & in thę-* i 4. *Reg. 18.*

Digitized by Google

sauris Regis. In tempore illo confregisse Ezechiam valuas templi Domini, & laminas auri, quas ipse adfixerat, & dedisse eas Regi Assyriorum, quo loco & *k* Lyranus: *vbi* (inquit ille totidem verbis) *erat multum de auro adfixum, per Reges precedentes. & ipsum ad decorem & magnificentiam, & hoc fecit necessitate cōpulsus: quia non habebat aliundè, vndè posset soluere tantam summā. Ex hoc habetur argumentum, quòd Principes in necessitate possunt accipere de thesauris Ecclesiæ, pro conseruatione Reipublicæ.*

k Lyranus ibidem litera. b.

Regem vnum quempiam Angliæ sic olim redemtum, Richardum scilicet, cùm de expeditione transmarina rediens, & à Duce Austriæ Leopoldo captus, Imperatoriq; roganti oblatus, liberari non potuit, nisi multo vtrique auro numerato.

Hoc autem sciendum (ait Otto de S. Blasio) *quòd Ecclesiastici thesauri per omnes Angliæ Ecclesias collecti, huius census pars maxima constabat calicibus, crucibus, aliisq; diuersis specieb. conflatis.*

Quid? Regem vnum (nondùm, vti nunc, è Catholicæ gremio prōfugū) auro totius regni sacro redimi, & quidē ex Christianorū Principū humanis (vti credibile est) carcerib. potuisse nulla calūnia; non posse nunc partem penè maximam Christianissimi iàm captiuam, ex ergastulis Barbarorū auro sacro liberari; & reliquias eiusdem Christianissimi, ne breui in certū quoque captiuitatem indefensæ incidant, defendi!

l Ioan. Maluenda

l Ferdinando etiā Catholico, recenti memoria,

ria, aduersus Alfonsi Lusitani conatus, & arma Medinæ campestris, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, concessum Ordinũ consensũ, vt templorũ aurum dimidia ex parte mutuum sumeret, rebus tranquillis integrum fide integra redditurus. *Hisp. lib. 1. de Regeq; Regis instit. c. 10.*

m Balduinũ II. Constantinopolitanũ Imp. cùm bello, quod Græci rebelles intulerãt, premeretur, atq; pecuniæ inopia, laboraret, Venetis permultas Sanctorum reliquias vendidisse: neque eo contentum, accepta pecunia à priuatis mercatoribus, Philippum filium pignori obligauisse, atque eum ad ipsos Venetias misisse. Ipsa quoque templa plumbo, quo tecta ac vestita erant, exuisse, vt indè pecuniam ad sustinendum conficeret. m *Fulgos. l. 7. c. 6.*

Episcopi sanè Magni & Catholicissimi vetus oraculum esse: n *Nemo potest dicere, cùr pauper viuit? Nemo potest queri, quià captiui redemti sunt.* n *D. Amb. lib. 2. Offic. c. 28.*

In his generibus vasa Ecclesiæ etiàm initiata cõfringere, conflare, vendere licet.

o *Pauperes sunt thesauri Ecclesiæ. Et verè thesauri, in quibus Christus est, in quib. Christi fides est.* o *Idē ibid.*

Et p Iesuitę, & Hispani, & docti hominis (sed tamen hominis) hanc esse definitionẽ: *Tẽplorũ ornamẽta, reditus annui, aurũ argentumq; factum signatumq;, quasi quodam sacro ærario seruãtur, ad supremos Reip. casus: cũ hostis bello lacessit victoria ferox, formidabilisq;, aut de religione sanctissima certamen est, nõ arbitror incõmodũ fore, si iis copijs Resp. ad tuendã publicam salutẽ vtatur.* (Et post pau- p *Ioa. Mariana l. 1. de Regeq; Regis instit. c. 10.*

paucula.) *Neq; enim Religionis Maiestas obscuratur detracto auro, sed augetur potius vsu salutari.*

¶ *Marci 2. 1. Regg. 21.* Imò Domini ac Dei nostri communis fatum hoc esse: ¶ *Nunquàm legistis, quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit, & esurijt ipse, & qui cum eo erant? quomodò introuit in domum Dei, sub Abiathar principe Sacerdotum, & panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare, nisi Sacerdotibus, & dedit eis qui cum eo erant? Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. Itaque Dominus est filius hominis etiam sabbati.*

¶ *Testatus in cap. 21. 1. lib. Reg. q. 8.* ¶ Nec Dauidis necessitatem tùm fuisse extremam, sed aliquantam & sufficientem.

Dicere, homini seruando diuina posse seruire, Dei verò causæ & religioni tuendæ non posse; esse præposterè nimis de rebus iudicare.

Semper intendere, atque intendisse, dantes, quidquid templis darent, dare se, ad maiorem Dei gloriam, ac religionis.

Vasis aut templis plus honorari Deum, viuis & rationalibus benè seruatis, aut redemtis, quàm fictilibus; Imaginibus sui viuis, quàm simulacris fusis, nec ijs viuis tantùm, sed etiam in Baptismo & Confirmatione initiatis, sanctæque vnctis, sed æternis, in quibus ipse iucundissimè inhabitat, & ad quas illa manufacta ordinantur; lapideis illis, aureisue & argenteis

teis, aliquando tandem cum Cœlo Terraque transituris.

Si negligi alterutra oportet, aut distrahi, aut profanari, aut malè à Barbaris haberi, aut vendi (optabile autem, neutris talia accidere) satius esse inanimatis illis vasis, & simulacris, quàm viuis ista contingere.

Si argenteis non diuenditis, vtraque sunt in Barbarorum ventura potestatem; venditis autem & dissipatis alteris, altera seruari possunt; cùr non dissipentur argentea inanimata, vt animata conseruentur?

Seruiant dignioribus viliora.

Imagone Dei viua potiùs deferatur, aut corpore animoque profananda Turcis obijciatur, an verò aliqua potiùs argētea vel aurea, dedicata, sed hoc tantùm?

Satiusne hominem, qui Dominus est, suis ministerijs subijci, quàm homini sua ministeria?

Sacra vasa, aut Diuorum imagines, in sacrorum defensionem, captiuorum redemtionem, miserorum refrigerium, adhùc liberorum (ne serui quoque cum tempore fiant) tuitionem exponere, non esse illa profanare, sed dignius consecrare, sed ornare, vel ex D. Catharinæ Senensis facto euideri.

Cùm enim seâ aliquandò, in templo Dominicanorum Senensium orante, mendicus quidam opem petijsset, ipsa verò, cùm nihil ad manum haberet, rogasset, expectaret tantisper, dùm domum reuersa esset, isque tamdiu *In vita S. Catharina Senen. sis tom. 2.*

Digitized by Google

se expectare non posse, respondisset: sanctam Virginem miselli afflictioni compatientem anxiè cogitare cœpisse, ecquid tandem ei in promptu dare posset? succurrisseq; mòx, apud se esse paruam crucem argenteam. Eam igitur pauperi libenter dedisse, pauperem ea accepta hilariter abijsse, factumque virginis diuinitùs adprobatum. Nocte enim proxima, Christum virgini oranti adparuisse, *crucem, quam dederat, multis gemmis ornatam ostentasse, eique promisse, se, magno iudicij die, illam, tota Angelorum hominumque corona spectante, ostensurum.*

Et putet iàm aliquis, cruces redimendis tot captiuis expositas profanari? An indigni tot Christiani, hi, vt redimantur; isti, vt defendantur, ne tandem quoque capiantur, calicibus sacris vel diuenditis, vel (quod satius) obpignoratis, pro quibus Iesus Christus ipse (cui sacri calices seruiunt) est venditus, sponteque necatus?

Matt. 23. *Quid maius est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum?*

Quid maius est, donum, an, altare, quod sanctificat donum?

tD. Aug. ser. 27. de verb. Do. t *Non timemus in hac re, ne offendimus eius Iustitiam, cùm patronam teneamus eius sententiam.*

Satiusne, victorem Turcam ea adhùc sacrata diripere, profanare, quam mutuò tradita, Christianis seruire ad tempus, præsidio sui, & Christianorum, vt rursùs conflentur, & æternùm Deo rursùs dedicentur?

DE-

*DEINDE; quò Calices, & Vasa Sacrificij, cùm perierint vincente Turcâ, & Templum, & Sacrificium à Sacerdote, imò omne Sacramentum cum Sacerdote?

Quorsùm artis instrumenta, cùm artifices, id est, Sacerdotes à Turca iugulati, esse desierint?

Quorsùm vasa religionis, religione stirpitùs extincta?

Quò mihi diuitiæ, si non conceditur vti? imò si non supereſt, qui vti possit?

Non sit nudus, quem vestis? non sit famelicus, quem pascis? non sit Sacerdos, non sit Christianus vllus baptisandus, vngendus, docendus, corpore Christi reficiendus &c. Turca omnes (si finitur) iugulante: quorsùm vasa, & baptisteria? quò & Calices in Sacrario? quò cãpanæ in pyramide campanaria?

Non sint Ministri, non sit cui ministretur; frustrà quoque tùnc fore illa ministeria.

ú *Quia propter hominem irrationabilia facta erant, eo vtique deleto, propter quem facta sunt, cõsequens erat vt illa etiam delerentur, quia nõ erat qui his vteretur.*

ú D. Amb. lib. de Noe & Arca c. 4. in illud geneſ. delebo ab homine vsque ad pecus.

Quæ ad fouendam Religionem sunt inuenta, eadem seruire ad eamdem tuendam, ne pereat, instaurandam, vbi perijt, esse conuenientissimum.

Satiùs sanctiusque, tot Sacerdotes iàm captiuos redimi, totque deinceps capiendos præseruari: sacrificia & Sacramenta, tot

Digitized by Google

locis in Turciâ, vndè exacta sunt, restituì, & ne ex nostro quoque orbe propediem à Barbaris exigantur, certò prouideri, argento sacro tempestiuè vel diuendito, vel obpignorato, vel (vt euidentius dicatur) illo fortè perituro, hæc seruari, quàm eadem omnia certò perire, illo intempestiuè seruato, & tandem quoque perituro, prædeque futuro.

Sapientes omnes eligere *Ex malis minima, & quam paucissima.*

Quis, ambiguam licèt, tamen aliquam, sui defendendi per liberalitatem viam non malit inire, quàm per auaritiam certò perire?

Effundendo semel omnia, magnam spem, imò certitudinem esse libertatis his recuperandæ, his tuendæ: seruando omnia, certitudinem certissimam esse æternæ Seruitutis, seriùs autè citiùs.

* RVRSVS: An non peius fuisse olim, sacra templi Salomonis à Nabuchodonozore diripi, tandemque à Balthasare in conuiuio inter meretrices ac barbaros principes profanari, quàm eadem tuendæ vrbi Ierosolymorum, Templo, populoque in monetam maturè fuisse conflata?

An non peius, turpius, deplorabiliusque posteris, sacros calices certissimè captum iri, profanatum, & Mahometo dedicatum iri, si (quod absit) Turca vicerit; & Cruces plateatim (vt olim capta Constantinopoli) raptatùm iri; & Templa Virginis, & Filij Virginis, in Moscheas impurissimi filij Veneris Mahome-

Digitized by Google

meti, aut etiàm in Lupanaria, & mutæ libidinis officinas (vt non ità pridem apud Rhodum) haud dubiè versum iri; quàm in manus Christianorum, sacris ipsorum Sacramentisque tuendis, distrahi, vel ad tantillum tempusculum?

* DEINDE: si Calices Eucharistici principio lignei esse potuere (vt quidã putant:) aut de x Zepherini olim mandato in vitreo vase, deindè in ligneo sacrificatum, eoque antiquato, cautum, vt saltem in stanno conficeretur, cùr non liceat vel ad tempusculum principia repetere, tantis rerum angustijs?

x *Autor Gratianus, & Polyd. Verg. lib. 6 Inuent. c. 12.*

Fortè redeuntibus ligneis ministerijs, æquis passibus aurea secula, & aureos illos ministros quoque redituros, de quibus aliquis sic lusit, sed gallico rhythmo ità significante:

y *Tempore præterito, aureo sæculo,*
Ligneum pedum, Episcopus autem aureus:
Hoc tempore sunt alij ritus,
Pedum aureum, sed Episcopus ligneus, satis verè de nonnullis.

y *id est:* Au tẽps passé de l'aage d'or Crosse de bois, cueque d'or: En ne temps sont autres les loix, Crosse d'or, cuesque de bois. Ony. pour aucuns.

* ET FORE FORTASSIS tùnc ipsa quoque sacrificia gratiora, cùm pietas & humilitas indè tantò maior, & preces fuerint prolixiores.

z Athenienses solitos quotannis multò sumptuosissimas Sacrorum pompas celebrare, ac magno sacrificia apparatu: Contrà, Lacedæmonios ea omnia præparcè, vt qui plus hærerent in precibus. Quapropter, quoties res

z *Plato in suo Alcibiade 2.*

Digitized by Google

vlla inter eos erat populos, Athenienſium ſemper longè exſtitiſſe inferiorem, eoſque tantæ calamitatis cauſam ſcire auentes, Iouem Ammonem per prophetam conſuluiſſe, prophetam verò reſpondiſſe; *accidere id, quòd Deus pluris Lacedæmoniorum caſtas preces faceret, quàm magnifica ſacra Athenienſium.*

*RVRSVS, ſi licet vncto, Sacroque Sacerdoti, ipſum tremendum Sacrificium corporis & ſanguinis Chriſti conficienti, & ipſum manibus toties (non minùs quàm ſacri Calices) continenti, & (quod calicibus non accidit) in Chriſtum ipſum, per ſumptionem debitam, mirâ metamorphôſi & dexteræ Excelſi mutatione tranſeunti, ad bellum illud ſacrum venire, aut mitti: (Euſebium enim Papam ſcribit Theodoricus, ſolitum ire per Syriam, Presbyteros, Diaconoſque crantem, & militariter indutum, & nihilominùs diademate paſtorali ſuſpiciendum; & Pium II. ipſum, capta Conſtantinopoli, eriàm, vt in bellum ſacrum iret, loco motum fuiſſe, conſtat; & a Epiſcopum Podienſem expeditioni Bullionææ, ab Vrbano Pontif. Maxim. fuiſſe præfectum; & aliàs ſæpè Epiſcopos, & alios Dei miniſtros, pro Chriſto legatione functos, ſacris bellis militaſſe:) cur non & Sacerdotum miniſteria, id eſt ſacra vaſa, eadem ſacro bello poſſint ſuo quodam modo militare, & ſeruire?

a *Robert. Monach.*

*DENIQVE; quò ſunt claues Regni Cœlorum Petro, id eſt, Pontifici Max. datæ, ſi ei etiam

ĩam hos theſauros Eccleſię minimos, aperire omninò non licet, non etiàm extremâ regni Chriſti neceſſitate?

Proprium eſſe clauium, aperire; proprium Regni, ærarium & theſauros habere; propriũ Theſaurarij & eleemoſynarũ magni Præfecti, ſaltem ſumma Regni ipſius neceſſitate, Regni atque adeò Regis ſui ærarium latè aperire.

Ergò, tanta, & tali Eccleſiæ, id eſt, regni Chriſti, à Turca magis magiſque inualeſcente, neceſſitate, vel iàm licere Pontifici ærarium illud aperire, & claues hùc extendere.

*PROCERES atiàm beatos ijs reſpondiſſe, qui obiectarẽt ſimilia multis malè ceſſiſſe.

cDionyſium Tyrannum, ſummis tempeſtatibus terra mariq; deinceps iactatum, quòd barbam aureâ Apollini detraxiſſet; quòd chlamyde aureâ Iouem exuiſſet; quòd neſcio quæ pretioſa de manibus, velut illi offerentiũ, idolorum accepiſſet. c *Valer. Max.*

Aurum Toloſanum (vndè & prouerbium natum) valdè exitiale, & plurimis quidem fuiſſe.

Eccleſiæ opes natura atque effectu, ferè cũ plumis aquilarum conuenire. Vt enim ipſæ cæteris permixtæ eas abſumunt, & velut abſorbent; ita illas profanis opibus exitio eſſe.

*j. ET QVIDEM ſic reſpondiſſe; *Primò:* Dionyſium illum non tàm capiendo, quàm, dùm caperet, inſultando, peccaſſe.

dBar-

Digitized by Google

d Valer. Max. li. 1. ca. 1.

d Barbam enim Epidauri Æsculapio detrahendo, ità blasphemâsse; *Non decere barbatum esse filium, cuius pater imberbis esset.* Erat enim Æsculapius Æpollinis filius.

e Idē ibid.

Aureo amiculo Iouem exuendo, dixisse: *Hyeme, non calefacere; Æstate, pondere etiam molestum esse.*

f Ibidem.

Manus autem idolorum spoliando, iactasse; f *Stultum esse à Dijs optare, & precari bona, & nolle, quæ plenâ manu offerunt, accipere.* O blasphemum caput! non quidem in eos qui non erant Dij, sed in verum Deum, cuius hic Maiestas obliquè lædebatur.

* ij. DISSIMILE esse Dionysij; & Christianorum factum. Illius enim, spolium fuisse; Christianorum, mutuum esse.

* ij. FINEM vtrorumque lōgè dissimilem In scelera enim, & in Tyrannidem, capta ista à Tyranno fuisse; à Christianis autem, ad meram causæ Dei defensionem, ac præsidium vsurpari.

Vti æquum est, vt *qui alteri seruit, de altari viuat*, sic, vt qui pro altari pugnet, de altari stipendium accipiat, cùm aliundè non suppetit.

Illos abstulisse, nunquàm reddituros; Christianos, ad tempus dumtaxat mutuari, & præterea voluntate cum fœnore rependendi, quod Regibus omnibus iterumq; iterumque inculcandum.

Extremis nouisque remedijs, extremo no-

nouoque morbo solere succurri, etiàm à medicis.

Fuit tempus, quo nec sudor Anglicus, nec lues seu Gallica seu Neapolitana nescieban[t]. Itaque medicos, cùm tàm peregrini illi & incogniti, quàm lætales morbi in orbem inuasissent, viderentque frustrà se curare visitatis remedijs, tùm tandem remedijs nouè inuentis, nouos morbos feliciter in ordinem redegisse.

Nouâ ergò, atque extremâ crudelitate, à Barbaris Christiani adpetuntur? Medicorum instar, ad noua quoque remedia, seu tributa inusitata conuertantur, vt vincant, & suâ ipsorum quidem aliquâ ruinâ, tamen Barbaros obprimant.

Pereat digitus, vt manus tota seruetur.

Pereat Ioanni Sindon sua, dùm saluus ex militum prensantium manibus elabatur.

Auiculæ cauda sua detrahatur, dùm detur euolare in libertatem. Deus bone! quot in toto Orbe Episcopatus! quot Canonicatus! quot Monasteria! quot Templa! quot Sacella, & Sacerdotia! *milia milium ministrant ei.* Et quot sæpè calices argentei in templo vno! quot candelabra! quot cruces! quot imagines! quot feretra argentea! *Decies centena milia adsistebant ei.* Benè, optimè, ac religiosissimè. Tamen, ruentibus vt nunc totius Ecclesiæ rebus, per ipsas Ecclesiæ res opesque Ecclesiæ ipsi succurrendum.

Cor-

Corpus plus quàm vestimentum.

Omninò Proceribus beatis videri, ne Religio, & sacrificia, & Sacramenta per[illegible]t, religiosa & sacra quęcunq; vasa posse, a[illegible]rsitàn debere, sine vlla religione & scrupulo, v[illegible] mutuò vel aliter, Pontificio decreto, in Sacrum bellum vsurpari.

Si libet, licere, & forsitan oportere, maleq; Ecclesiæ consuli, si talium cõseruationi nimis consulatur.

Ità ex alto auditos illos affari Paulum V. Sanctissime Pater, & Domine, *Si vis, potes.*

Omnia tibi possibilia sunt; si vis, transfer calicem istum, & istum, aureum argentemue, stanneo tantisper substituto, ne fiant aliquandò calices Dæmoniorum, aut calices Mahumetanæ Babylonis, si, auro illo sacro malè seruato, indefensam Ecclesiam Turca superarit.

Si *calicem salutaris accipias*, de altari, etiàm de manu Domini, si propter honorem Domini; si *propter homines*, *& propter* ipsorum *salutem* publicam, tàm corporum, quàm animorum, vt scilicet Oues Domini in posterum semper *de pane illo edant*, *& de calice bibant*; si *pro aris & focis*, facies & Pauli nomine, & Pontificatu tuo Maximo dignè (dùm tamen & promissa & *vota tua Domino reddas*, *coram omni populo eius*, id est, cuique Ecclesiæ sua, aut paria aut meliora ex deuicti Turcæ prædâ refundas, aut cures refundi, cùm fueris victor

in

in atrijs illis antiquis *in medio* liberatæ *Ieruſalem.*

Accepiſſe ſe diuinum reſponſum à Spiritu Sancto, non viſurum te mortem, antequàm videas Chriſtum Domini alligatum Spiritu, euntem in Ieruſalem, & ibi in curru victore triumphantem.

Hoc ipſis Deum, hoc occaſiones, & rationes omnes, hoc animos populorum illis polliceri.

Hoc ex nuptijs regijs, Gallicis Hiſpaniciſq; ſperare.

* iij. SI LOCA peregrinationibus celebrioribus, & eleemoſynis fidelium opulenta, (vt ſunt Lauretana ædes in Italia; Hallenſis, Aſpricollis, propè Bruxellas in Hānonia & Brabātia; & Ceruienſis ad Mōtes &c.) tā monetam, quācumq; habent ſignatam, quā pretioſa donaria (ſeruatis dumtaxat, ad ſarta tecta templorū, & diuina officia, neceſſarijs) hùc pendere vel dono, vel ſaltem commodatò, iubeantur.

g *Dicite Pontifices, in Sacro quid facit aurum,* Sacris interim, & Sanctis, & Sacrificis omnibus à Turcâ periclitantibus? g *Perſ. Sat. 2.*

Quid prodeſt ſacro auro incubare, Barbaris vndiq; incumbentibus, & aurum Sacrum & ſacra omnia diripere conantibus?

* iv. SI LOCORVM, quæ in ipſis templis, ad ſepulturam ditiorum, aut nobiliorum permittuntur, pretia, vel potius iura, in belli Sacri vſum conuertantur.

h *Vlpian. Rhetor, notis in 1. Olynthiacam Demosth.*

b Athenis olim, quià, in magna frequentia spectatorum, in theatris, tùm ciues tùm hospites seditiosè de locis contendebant, Magistratum Athenienſium, ad eas rixas prohibendas, venalia loca feciſſe.

*v. Si Ingredientivm in monasteria opulenta, & iàm nullius egentia, reditus & omnis ſupellix, vel diuendatur, & detur pauperibus, id eſt in hoc bellum, pretium venditionis. Eſſe enim qui putent ità fieri oportere, ab ijs qui clauſtrales fiunt, idque ſatis indicari illo Ieſu Chriſti conſilio; *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me.*

D. Franciſcum ſuos talibus adſuefeciſſe.

Sic non ſolùm pecuniam ingentem collectum iri, ſed & ſanctiores forſitàn monachos fore, etſi pauciores.

Vnum, ſed Leonem.

Multos enim, vel clauſtra ſponte ingredi, vt ditent ſuos, vel intrudi, aut certè ſic ſuaderi, vt meritò dicantur compelli intrare, vt reliqua proles, bonis ipſorum ſeculo relictis, locupletior fiat.

Sin verò ſic omnia vendere, & ſimùl & ſemel omnia dare, forſitan & nimis durum, inuidioſumque, & Monaſterijs damnoſum: (fortè enim ſic breui ea incolis caritura, & in ſolitudines abitura, vel paucis vel nullis tali conditione ingreſſuris:) poſſe legem à Pontifice Max. ferri, vt ſaltem vnius anni, illius ſcilicet qui probationis dicitur, reditus patrimonij

nij Nouitiorum vniuersus in hoc bellum numeretur.

*vj. SI ABBATIBVS, quos mitratos vocant, Episcoporum instar (quem ambitum in Abbatibus Diuus i Bernardus quodam loco carpit) indicat Pontifex, aut deinceps tollendum ipsis ius mitrarum gestandarum, aut honestà aliqua summa (prò modo scilicet opum Monasterij cuiusque) in sacrum Bellum pendenda, redimendum.

i *D. Bern. ep. 42. ad Hericum Senonensem Archiep.*

Condalum quemdam, Mausoli Cariæ Regis in Lycia Præfectũ, ferè sic pecuniam collegisse. Cùm enim is Lycios maximò comæ nutriendæ studio teneri animaduerteret, occasionem sibi eam oblatam ratus, qua auri quam plurimum & sibi posset congerere, & ad Regem mittere; literas sibi à Mausolo allatas simulauit, quibus illi comam tondere, & ad Regem mittere iuberentur: si tamen mallent aliquantulæ pecuniæ iacturam facere, se daturum operam, vt in Græcia comæ coemerentur, & prò Lycijs ad Regem mitterentur. Quam conditionem Lycijs auidè accipientibus, eo commento pecuniæ vim magnam obtinuisse.

Pontificem ergò Max. in vsum sacri belli, vel etiam ingentem pecuniam, ex illo nõ valdè dissimili, de mitris Abbatum redimendis vel tollendis, decreto, conflaturum, multis potius aurum daturis, quàm ornamentum capitis deposituris; vel certè inuidendum illum honorem D. Bernardo improbatum, quasi

Digitized by Google

ima summis confundentem, magna ex parte sublaturum, multis mitras potius, quàm aurum vel inopia, vel animi submissione, deposituris.

* vij. SI SACERDOTES, & Canonici seculares, seu quicunque beneficium (vt vocant) Ecclesiasticũ, aut aliquid annui cẽsus de Christi patrimonio (quod vni honestè alendo per se sufficiat) deinceps acceperint, etiàm totum vnius anni ex suo Mundi patrimonio prouentum (si quem habent) hùc conferre iubeantur, aut beneficium non accipere.

Sin autem beneficium tenue, & annuo mũdi seu Laico patrimonio minus est, quod de Patrimonio Christi seu altari accepit beneficiatus; is non Laici Patrimonij annum, sed Beneficij ipsius, dare teneatur.

* viij. SI OMNIA BENEFICIA, quæ vno plura vni contigerunt, tollantur, & quasi fisco Pontificio addicantur, huic bello sacro seruitura, neque vlli alteri antè in posterum conferantur, quàm illud primum altarium baratrum, & viuus ille saccus beneficiorum, id est, primus ille tot beneficiorum possessor, quasi prior maritus, morte sublatus sit, vt tum quasi spiritalis ei⁹ vxor, *cui vult nubat, tantũ in Domino.*

Reformationem in Ecclesiam his artibus redituram, & polygamiam illam spiritalem beneficiorum inuidiosissimam hæreticis, Catholicis damnosissimam (dùm scilicet per eam *vnus esurit, alius autem ebrius est, nec facilè emergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi*)

Digitized by Google

domi) defituram: inuidiamque illam opum Ecclesiasticarum minorem futuram, & pecuniam maximam ac iustissimam, in hoc bellum congestum iri, & Deum fore placatiorem.

k Ecclesiarum enim sponso non placere talè vnius incrementum, quod sit detrimentum alterius. k D. Bern. ep. 42. ad Henricū Senonen. sem Archi.

Denique sic & Concilio Tridentino satisfactum iri.

Acutè à quopiam esse dictum & scriptum non ità pridem; *Officia Officijs officiūt.* Et; *Multa vnius beneficia, veneficia.*

* IX. SI EX THESAVRIS illis veteribꝰ quo rundam Canonicatuum (qui nomine Fabricæ censentur, & fortassis interdum frustrà in arcâ otiantur) quæ post sarta tecta templi superflua esse à viris dignis censebuntur, hùc tribui iubeantur.

Quò gazophylacia semper clausa?

Quo talentum defossum? quo mna in sudario?

* X. SI CONFESSIONARII, seu quicumq; ad fideles Infirmos, in Mortis articulo iuuandos aduocantur, tàm Religiosi, quàm Parochi, iubeantur illos tùm maximè monere, de Sacro bello vltimis eleemosynis suis adiuuando; &, si aliò minùs piè, aut minùs necessariè pia sua legata velle destinare infirmi videantur, quantum poterunt ea interuertere, vel diuertere in vsum belli Turcici, defendendæ propagandæque Religionis ergo, suscepti iam, aut mòx suscipiendi, quod iàm iàm faxit Deus!

Digitized by Google

Vel si pecuniariæ pœnitentiæ in hunc vsum, ditioribus in Confessionibus, toties quoties imperentur, aut certè seriò consulantur, moderatæ tamen illæ, vice Ieiuniorum, Rosariorum, Peregrinationum &c.

Esse hoc ad hanc amussim propheticam, datam Regi peccatorum cum primis maximo; *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum.* Daniel.

Et ad hanc regulam quoque Christi ipsius: *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.*

*xj. SI PECVNIOLA illa, quæ à quibusdam prouincijs, pro comestione butyri [illegible], lactis &c. Quadragesimæ tempore, hi[illegible]uertatur.

*xij. SI NVLLI INFIRMO vsus e[illegible] aut ouorum, Quadragesimæ tempore per[illegible]tatur, nisi imperata huc pro modo facultatum & diuturnitate vsus carnium, eleemosynæ. Nàm pauperibus gratis id libenterque [illegible] indulgendum.

De minimis multis congestis, grandem aceruum fore.

Paruum paruo superadditum, & atomis atomis superstructos, in montes adsurgere, imò ex *l* Epicuri sententia, ex atomorum, id est, indiuidorum & solidorum corporum, [illegible] suo deorsum pondere ferrentur (qui est naturalis omnium corporum motus) complexionibus, & copulationibus, & adhæsionibus in- *Cic. 1. de Finibus.*

Digitized by Google

ter se, mundum omnesque partes mundi, quæque in eo essent, effici.

Spicatim manipulos confici; domitim vrbes ædificari, viritim magnos exercitus comparari. Hisque ità ab illo recitatis, à me versis, somnus fatigatum occupauit.

VEGETI CHRISTIANI,

LIBER SEXTVS.

SVB Auroram, repentè euigilo, multa animo verso, maximè de Turcarum immani illa barbarie, ràm nota omnibus, & tàm paucis tamen terribili, ac reformidatâ. Itaque non tàm stertenti, quàm dormiturienti, sed solidum somnum dormire vetito simili tunc eram. Somnum enim fatigatio & lassitudo propè conciliabat; sed curæ illæ, & miseratio tot captiuorum sub Turca Christianorum, & metus instantis seruitutis omnium; & vetera Bulionæi Ducis trophæa, & Petri Eremitæ tùnc negotiationes animo recursantes, dormire prohibebat vel maximè cupientem, & somni valdè egentem. Interim visus iterùm Raphael adstitisse, ac tùm tandem de vice pecunijs sic dixisse: CAROLI scilicet V. Imperatoris, æternâ memoria digni, sententiam

Digitized by Google

hanc fuisse, in quam Proceres beati propè omnes issent, ac consensissent.

*1. VT VALOR nūmi cuiusuis iā olim cusi augeatur mediocriter, sensim, & hoc ferè modo.

In singulis Christianorū vrbib⁹ Pōtifex, Imp. Reges, Principes, Respub. cōstituant, quisq; in sua ditione, certos Magistrat⁹ numularios aut mēsarios, spectatę fidei viros, quibus multā diuersorū generū pecuniā, sub chirographo & fideiussoribus, primū numerēt. Indè incipiat qsque in suo regno aut ditione, vnū dūtaxat genus monetę (maioris sc. valoris initiò) omninò dānare, exautorare; seriò iubere, illā ad Monetales illos Triumuiros, seu quosuis M[illegible] Magistratus, referri, sed nullo referenti[illegible] mēto, hoc modo. Iubeātur Mēsarij illi r[illegible] pro illa tantū (sed alio monetę genere à P[illegible]pe acceptę) quāti hactenùs exautorata illa nūs moneta communiter ęstimabatur, ne sc. nimiā priuatorū, maximè pauperū iniuria Resp. augeatur. Non probari enim natūræ, ali[illegible] spolijs cuiusquam facultates auger[illegible]

Tùm, aliquot pòst mēsibus, cùm sc. [illegible] aut ferè oēs omniū nūmi illius vnius generis, ex populi manib. ad Principē, seu mēsarios eius redijsse videbuntur; iterū autorētur, sed aucto (quantū satis videbitur) valore, eoq; in omnib. regnis vniformi, emittātur. Vt verbi causa: Valet, aut ęstimatur aureus Gallicus, nùnc Roma Iulijs duodecim tantùm? exautoretur hoc [illegible]se, & ad Mensarios ferri sanctè præcipiatur, & aureum referenti, à mensarijs [illegible]cim Iu[illegible]

(seu quæcunque moneta æquiualens) numerẽtur. Post mensem verò vnum aut alterum, aut congruo quoq; tempore, idem aureus ille Gallicus iterùm autoratus & emissus, admitti ac recipi, pro sedecim vel quatuordecim Iulijs, Principis edicto iubeatur.

Ità nihil damni populo inferri, neq; primũ illum exautorando, & dãnando: neq; rursus eundem, sed pluris æstimatum, autorando; & nihilominùs sic multum Principis aut Reip. ærario (in hoc tamen bellum Sacrum bonâ fide expendendum) adcrescere.

Monetarum enim pretia tanti esse, quanti Pythius & Rex voluit.

Vel AEre ferroque signato licere, equè cõmodè atque auro, mercari.

aSontibus alicubi ex auro vincula fabricari, ex ferro monilia.

bLycurgum apud Lacedæmonios legibus primũ omnem aureum argenteumq; nummũ abrogasse, soloq; ferreo vti iussisse.

Vt nil nocet ferrea clauis, si aperit quod libet; sic nec monetam æream ferreamue obesse, si comparat quo quis eget.

Eo modo tres nummos ad quatuor assurrecturos, idque innoxiè.

Sed nec sic argentum aurumue deminutũ iri noua conflatione (vt ferè fit) nec perituras veterum Cæsarum, aut Regum imagines & superscriptiones, nouæ monetæ percussione, & nouarum imaginum impressione; & sumtibus illis magnis parcitum iri in Monetarios,

a *Pomp. Mela. in Cosmogr.*

b *Plut. in vita Lycurgi.*

Digitized by Google

in operas, in ligna &c. sine quibus nouæ monetæ cudi non possunt; & denique pericula à fraudibus falsariorum vitari posse, quæ excudendo multæ subrepere possunt.

Consultum etiàm videri, aliquantò pòst tempore, Iulios, Carolinos, Philippicos, Daricos, & alias aliquot similes monetas, à Pontificibus & Regibus similiter exautorari, & cætera omnia circa illas fieri, quæ circa aureos nummos, atque ità de cæteris monetis maiusculi pretij, ordine omnibus.

Sic (inquisse) sic, & non aliter. Nàm si aliter, si monetarum quarumlibet pretia, dum adhùc in plebeculæ aut possessorum arca aut crumena sunt repositę, nondumque in numulariorum regiorum ærario, augeantur, Reges quidem ditiorem tùnc populum habituros, sed nihilo locupletius ærarium suum in hoc bellum, quod tamen augeri expedit in stipendia, in castrorum commeatus &c.

Si verò, dùm adhùc sunt in manibus plebeculæ, monetæ omninò damnentur, non refuso pari pretio, vt tandem aut ex collectis illis aliæ conflentur, aut eædem remittantur pretio auctiore; regium quidem ærarium magna incrementa facturum, sed magno pauperum detrimento, & fortè eo clamore in cœlum, qui diuinam prouocet vltionem.

His seruatis doctrinam hanc nouam mirè Rempub. aucturam: certam fore, & nulli nocentem Alchymiam, & tertiam velut Indiam. Hoc inuento, Pontifici, Imperatori, Regibus,

&

& cuilibet Principi aureos montes Carolum V. detexisse, & quasi digito Indiam quandam nouam ostendisse, nouum Columbum, & quidem valdè columbinè, id est, simpliciter, innocenter, sine cuiusquam sanguine, & nullius damno; & nouum Christophorum, id est, Christi in Turciam per fidem importandi studiosum; & nouum Ianuensem, id est, ianuam magnam atque ostium, ad debellandos Barbaros, longè lateque aperientem.

Actùm ego mihi visus exclamando, sic excepisse: *Benedictus sit à Domino* Imp. Carolus V. Gandensis ille, Belgarum decus externum, *quoniam eamdem gratiam, quàm præbuerat* viuus *seruauit & mortuus,*

Fac, bone Iesu, fac, vt quà ducit Ductor ille, & tantus Imperator, ingredi, & his quæ dixit vti, qui pro imperio possunt, velint! Vtinam hic plus possem, vel minùs vellem! aut quibus inest hoc posse; insit & hoc velle!

*ij. Si Novæ monetæ ex vasis antè dictis signentur, & (vt antè est dictum) sic inscribantur, & pretio (quàm anteà soleret, aut liceret) auctiore emittantur.

*iij. Si Aerea quoque moneta aliqua ab omnibus æquè Principibus, domi, antequàm expeditio suscipiatur, aut in castra prodeatur, concorditer cudatur, quæ diuitibus, qui suam auream argenteamue, & vasa pretiosa, in præsens stipendium militum, mutuò, quisque suæ Reipub. dederint, quasi pignus detur, vt, cùm

Digitized by Google

Mensarijs Principum suorum illam reddent, monetam probam (quantam commodatò dederint) vel expedito iàm bello Turcico, recipiant, vel (si hęc mora quibusdã fortè nimia est) sensim singulis annis partẽ saltẽ aliquã, ex vectigalibus Principum prædisque Turcarum.

Vel, quod facilius erit, si militi æreâ illâ monetâ stipendia partim soluantur, facto tamen vbique toto, quàm latè patet, Christianismo tali Edicto, vt militi æreillo signato emturienti nihil vsquàm negetur, & data simùl fide publica, mercatores, & quisquis eam receperit, cùm finito illo Bello, Mensarijs Principum reddiderint, argenteam probatamque pro ea recepturos.

Quidni? In multis enim nùnc templis, ità Canonicis Vicarijsque plumbeos, vel æreos, sæpè nummos calculosque numerari, ad tempusculum, pro argenteis, quibus ipsi publicè nó minùs cómodè necessaria, quàm argẽteis comparant. Mensarijs enim Capituli, aut Procuratoribus ærarij, mercatores, plumbeos aut æreos illos calculos referentes, aureos solere accipere, nulla mora aut tergiuersatione.

Et verò quid iuuat aurum, aut quid æs nocet, si cùm neutro vulgo homines vescantur, vtroq; tamen ritè signato, vitæ necessaria ęquè commodè comparantur?

Vt verba significant ex placito gentium, sic Monetas valere ex arbitrio Principum tanti vel tanti, vndè & eam metallorum mixturam, ex quibus moneta cuditur, quam vulgus gallorum

Digitized by Google

rum corruptè (*Alloy*) vocat; [c] doctiores Legem dici monent.

[c] Bor. Girardi l. 2. de rebus Gallic. mihi pag. 93.

Si *multa renascentur, quæ nunc cecidere, cadetque*

Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus;

cùr, tantis religionis Christianæ angustijs, tanto seruitutis Turcicæ periculo, ferreæque æreæque monetæ vsus obsoletus, qui quondàm saltem Lacedæmone peruulgatus fuit, & in vrbibus obsessis adhùc nonunquàm admittitur, non possit renasci?

Rem non esse sine exemplo veteri, & hominum sanè oculissimorum.

[d] AEs initiò pro auro datum indè apparere, quòd æs quàuis monetam aut pecuniam significet; & ærarium, locum, in quem nummi Reipublicę inferuntur.

[d] Zasius Pōponij verba in l. ÿ. de orig. iur. indicat, cùr æs pro auro dari nō erat insuetum.

Plerumque æs pro aurea, argenteaque moneta, perindè quasi sit genus cum reliquis speciebus collatum, non vocis penuria id exigente (est enim genus metalli) sed quià sic vsu receptum sit, ideò fortasse quòd olim omnis pecunia fuerit ærea, vt Apellus monuit.

Et certè, olim tanto in pretio fuisse æs Cyprium, quod rubei coloris est, vt pecuniam quoque, iacente auro, ex eo signarent.

Sed & apud Horatium & Iuuenalem, æruginem ipsam, pro pecunia, quæ fiat ex ære, accipi.

Prouerbia tàm multa ab ære ducta, & phrases, id ipsum euincere.

AEs

AEs enim *alienum*, pro ea pecunia, quæcunque alijs debetur, vulgo accipi.

In ære nostro esse dici, pro in bonis nostris esse.

In ære nullo esse, pro nihil debere.

Terentium alicubi scripsisse, *Aere emptam meo ancillam vendidi.*

Et Plautum in Aulul. *Cedit miles, æs petit.*

Iuuenalem; *pueri, qui nondùm ære lauantur.*

Quid? non tantùm æris, sed etiàm corij signati alicubi vsum olim fuisse.

e Plato in dialogis. Carthaginenses certè, numis ex pelle factis vsos, inueniri apud Platonem.

Galliam aliquando, summis rerum angustijs, corium clauatum signasse, ac monetam probatam esse voluisse.

Imò chartas, Regis manu signatas, pecuniæ numeratæ vim obtinere.

Quidni? Nàm & Mercatorum, & vulgò omnium schedulæ, tanti sunt inter Probos.

Ergò, si sic fiet, non solùm tùnc præsto fore nummorum plurimum, Turcico huic bello; sed & studium opes immodicas cumulandi forsitan sensim deflagraturum.

f Plutarcho in Lycurgo. *f* Lycurgum certè vel idcircò, ferream monetam Lacedæmonijs suis esse voluisse.

Clazomenios, cùm deberent militibus viginti talenta, nec soluendo essent, singulis annis

nis quatuor talentorum fœnus Ducibus repẽdisse.

Cùm autem eo pacto de sorte nihil decederet, sed irritos sumtus facerent, nummum ferreum percussisse, ad argenti rationem, pro viginti talentis. Hanc deindè pecuniam inter opulentiores, pro rata, distribuisse, & tantundem ab ijs argenti recepisse, ac sic habuisse priuatos, quod in vsus quotidianos insumerent, & ære alieno ciuitatem esse liberatam. Deindè ex vectigalibus vsuras ipsis persoluisse & singulis pro rata distribuentes, nummos ferreos ad se recepisse, tantum pro tanto, quasi hostimentum.

*iiij. SI CAMBIA pecuniarum belli huius, vbique sine fœnore fieri iubeantur, id est, qui in Gallia centum aureos dederit in hoc bellum, tantundem in Hispania, aut alibi, recipiat, nulla indè facta subductione, aut de summa detractione.

Id quantum AErario proderit, vel ex damnis Philippi II. Hispaniarum Regis, bello Belgico, facilè posse æstimari, cui aliquandò pro centenis aureis in Hispania aut alibi numeratis, ægrè in Belgio sexaginta aut circiter refundebantur.

*v. SI PRINCIPES feudales, qui ære valent & corpore, gratis & ipsi militare cogantur.

Hùc enim olim maiores eorum rude, agris, syluisque donatos esse, aliquam à tributis immunitatem accepisse, hac spe nobilitatos,

tos, & hunc Comitem, hunc Ducem ex gregario creatum esse.

*vj. Si Capitis Damnati, pauperiores illi, sed adhùc vegeti, non passim interficiatur, non proscribantur, non etiàm virgentur, sed, vt hæc omnia redimant, fossoriam in castris exercere cogantur, alendi tantùm (vt nunc remiges in mari) tenuiter ex publico; aut, si diuites sunt, & adhùc validi, gratis militare compellantur, & nullo stipendio, nisi forte annonæ; si autem vieti sunt, aut per morbum infirmi, duos aut tres milites, pro modo tàm facultatum quàm scelerum suorũ, in illo bello sustentare iubeantur.

Romanorum hanc fore imitationem valde lucrosam.

Romanos enim, & Augustum ipsum Cæsarem, quoties milite indigebant, seruos manumisisse, ergastula aperuisse.

g Æmyl. lib. 4. hist. Franc. gExpeditione Bulionæa, etiàm passim carcerem quemcunq; apertum fuisse, & vacuatum, & tàm criminosos, quàm ære alieno grauatos, in hoc bellum caueis excluſos.

In Concilio Lateranensi ordinatum pro Laicis, *vt qui personaliter non accesserint, in subsidium Terræ-Sanctæ competentem conferant numerum bellatorum, cum expensis ad triennium necessarijs.*

*vij. Si Miles vnus aut alter, aut etiàm plures, pro modo facultatum, à quolibet oppido, pago, castello, monasterio præter consueta tributa alatur.

Digitized by Google

*viij. SI ORDINIBVS religiosis quibuscunque, & ramis seu propaginibus eorum (quorum aliqui fortè nimiùm Stoicè, & ab humanitate nimiùm abhorrenter viuere, à quibusdam censentur, & crucem gestare sociorum [illegible]bus grauiorem, alij contrà euidenter nimiùm laxi) Reformatio quædam his per commodam relaxationem, illis per restrictionem moderatam proponatur, & aurea illa Mediocritas hùc illucque reuocetur, & omnium vnius eiusdemque Ordinis seu Coloniarū, seu examinum, seu propaginum, vniformitas, & (vt sic dicatur) Vniuocatio, & eadem nũcupati[illegible]rematur, & Pontificis edicto autoretur; a[illegible] vt de vestium genere non ampliùs in posterum, sic ne vel sic coloratas, sic ne vel sic formatas esse oporteat, tot iàm annis post Ordinum institutionem, disputetur, secedatur, nec quasi schismata quædam ampliùs aut discessiones partium à toto, & membrorum à capite & corpore (vt fit) oriantur; vestium cuiusq; Religionis & color, & [illegible]el scitissimè, iuxta Pontificis aut Sanctum, seu Generalium Ordinis cuiusq; delineationẽ, pingãtur in tabella, & in Archiuum Ecclesiæ Romæ reponantur, vt difficultates deinceps quocunq; casu rursùs oriẽtes produ[illegible]s vestiũ picturæ authenticæ ex ar[illegible] terminentur; ac tandem, omnibus ità constitutis, si qui nec Mediocritatem quidem illam Reformationis ferre aut subire voluerint,

rint, de Monasterijs atque ipso Ordine, autoritate Apostolica egredi, sed ad hoc bellum Sacrum permittantur, vel etiàm, si egredi nolunt, expellantur, non ad triremes, sed ad hoc bellũ, vel tota vita, vel ad certos annos, dãnati, expensisque suorum monasteriorum (quæ scilicet commodè ferre eos sumtus poterunt) militaturi, eo genere militiæ vel Equestris vel Pedestris, ad quod à delectuum Præfectis aptiores censebuntur, vel vti eorum crimina merebuntur.

Si idem ergà Sacerdotes Laicos, & Canonicos fiat; ea tamen vbique conditione, vt, peracta sua militia seu bello confecto, redeuntes, vel pœnitentes, & instar Prodigi Euangelici, facti miseria sua meliores, iterùm hi in monasteria, isti ad Beneficia ac Sacerdotia sua redire possint, Reformationis iugum subituri, vel in seculo remanere nullo recenti probro.

Ità enim infinitum propè militem, & quasi gratis militaturum, & fortem, & audacem (vt sunt ferè eiusmodi homines) affore castris Christianorum in Turcam, & præterea nullam nulla quasi Augiæ stabula, à regula multum deuia, hoc quasi flumine & torrente per Herculem immisso, fore mundiora & reformatiora, eiectis scilicet Ventrosis illis quibusdam fruges consumere natis, & inutilibus terræ ponderibus; solis Probis, Reformationisque cupidis, aut minimè recalcitrosis, domi remanentibus. Quis non videt?

Ex

Ex ipsis autem quosdam Volones, quia scilicet spontaneè corporaliter militabunt, vocari in castris posse; quosdam Nolones, quia scilicèt, quòd spiritali bello strenui esse noluerint, nolentes inuitiq;, claustris suis, in bellum seculare eiecti sint.

Castra Christianorum hac arte, militum immensum numerum vix captura.

Nàm si quidam, vnius dumtaxat Ordinis D. Francisci [h] Generalis, aliquandò ausus est Pontifici cuidam Maxim. bellum Turcicum meditanti, promittere ex suis triginta milia pugnatorum, nihil idcircò deminutis cantandi concionandique officijs: Deus bone! quot milia coniunctim Generales omnes omnium Ordinum, qui in Ecclesia Catholicâ, maximeque in India, nùnc auctiores facti sunt & numerosiores, possint polliceri!

[h] *Sabel. in Ennead.*

Ex tribu, seu Ordine illo, *12. milia signatos*: ex tribu seu Ordine isto 12. milia signatos, atque ex cæteris æquè multos, instar examinũ, ex apum aluearibus, in illud bellum, vel spontè egressos, vel obedienter dimissos, vel ob improbos mores eiectos, in aciem prodituros, facturosque *turbam magnam, ex omni lingua, & populo, & natione, quam ferè dinumerare nemo possit*, non Quæstores, non Nomenclatores ipsi Castrenses.

[i] *Hinc copias adduci* posse, *& genere, & numero, & fidelitate firmissimas*, quæ tria in exercitu requiruntur.

[i] *Plãcus, apud Suet. l. 10. epp. fam. ep. 9.*

Quidni verò? Liceat scilicet ad Triremes tales,

tales nonnũquam damnare, non liceat ad hoc iustissimum bellum?

Liceat Episcopis, & Sacerdotibus Sanctis (quorum alioqui militiæ arma spiritualia sunt, lachrymæ scilicet & orationes, ex D. Ambrosij mente) necessitate vrgente in militiam aliquandò sponte proficiscí, imò & mitti, non liceat eodem discholos cogi?

Suffragaturamne Discholo nequitiam suam? & malitiam eius eum, à militiæ sacræ onere excusaturam?

Non sit bonum abuti talibus in Terra aduersus Barbaros, quorum opera aduersus vétos, & barbarum elementum, quotidiè in mari admittitur?

Imò videri, multiplicis misericordiæ esse, Improbos malis illis absoluere, quæ ipsi nullo merito, aut nulla iusta spe retributionis æternæ, ferunt, coactis in monasterio seruitijs; & Bonos molestijs, quas discholi illis inferunt, liberare; & vetera discholorum delicta sic castigare: & iussa militia, quasi imposita salutari pœnitentia, à qua non abhorreant, illis prodesse; & præterea Rempub. Christianam bis liberare; primùm, Turcam, eorum viribus, reprimendo; & iterùm, dùm pugnando *victores victique cadunt*, eos ipsos nulla ignominia, ac propemodùm gloriosè, de medio tollendo.

Videri melius, malis benè vti, & malos malis allidere, quàm malos semper, & mala esse permittere.

Videri

Digitized by Google

Videri melius, scandalo paucorum vel eiectorum vel exeuntium, scandalum euitare, quod totis Religionibus etiàm optimis accidit, per paucos aliquot durę ceruicis vel retentos per vim, & canea clausos leones, vel spontaneè clausura, & signa sua, apostaticè deserentes.

Videri melius, eiusmodi perditos & desperatæ correctionis, è clausura iuridicè & lege extrahi, eijci ad bellum sacrum, quasi in exilium aliquod; damnari ad dubiam mortem, quasi pro delictis expositos; quàm permitti diutiùs eos, *qui in sordibus sunt, adhùc* impunè *sordescere.*

Vltionis, & animaduersionis seueræ, & tamen lucrosæ tàm iudici ipsi, quàm reo, hoc speciem fore, magis quàm licentiæ, aut libertatis.

Et redituros fortè vel tandem prodigos istos ad se, & ad Patrem, satis iàm gustatis aut hausti belli, quod tàm dulce ipsis visum inexpertis, amaritudinibus, & iàm abundè cognito, quo differant, Deo, vel sæculo, militare.

Militiam enim sæculi, militiam duram esse; Dei verò militiam esse delicatam: illam ferream, hanc sericam: illam quasi belluarum, (vndè & bellum dictum) hanc hominum, & Angelorum.

Ibi seruire, verè seruire esse; Deo autem seruire, non seruire esse, sed regnare.

Sed neque sic eiectos, penè monachos esse desinere.

Digitized by Google

*j. MILITEM enim sæculi, armatum esse monachum, sed monachum, cuius vota sint grauia, ferrea; quorum implerio, mortifera sæpè sit, non minùs quàm ipsa eorum transgressio.

Iubetur enim miles tentare vrbem, aut fossam percontari? si facit, tùnc ab obsessis occidi; si non facit, tùnc ab obsessoribus iure suspendi.

*ij. *k* MONACHOS seruis iura æquiparant?

k L. Deo nobis C. de Episc. & cler. & §. illud quoq; in Auten. de Monach.

Monachus, fortè indicio seruitutis, caluus raso capite, instar serui, incedit?

*iij MONACHVS nullum habet rerum dominium?

*iiij. MONACHVS mortuis, quà ciuilia negotia spectantur, solet accenseri?

*ij. MILITEM quoque seruire seruitutem, & quidem durissimam negari non posse.

*iij. MILITEM quoque rerum sæpè maximè necessariarum esse egentissimum, & Fráciscano, ac Capucino quouis, non rarò impecuniosiorem, esurientiorem, ac nudiorem; sed & instabiliorem, nulla neq; vrbe, neq; statione, neque domo certa perpetuò habitantem.

*iiij. MILITEM quoque veræ morti semper esse proximum, inter tot tela, tot enses, tot pericula, terrarum, marium, fluminum, ab hoste, ab hospite, à suo commilitione, à suo ipsius sæpè tormento scilicet & puluere.

*v.

Digitized by Google

* v. MONACHVS excubat,& vigilat? proprium militis hoc esse; sed monachum sub tecto,coram Deo,nullo periculo, in veste pellicea talari, ad horam; sed militem sub dio, in oculis hostis, multis periculis,nudum aut ferro tectum,ad quaternas sæpè horas hyemales vigilare.

* vj. MONACHVS *militans Deo non se implicat negotijs sæcularibus,vt ei placeat, cui se probauit?* nec quidquam militem sini curare, præter arma & bellum ; sed monachum quotidiè nolæ pulsu,certis horis, ad prandium cœnamque instructam,quandamque quasi Solis mensam, æquè citari ad Refectorium , atque ad preces in Templum : militem autem, non æquè semper tympani,aut tubæ sonitu,ad mensam,aut annonam capiendam vocari, vt ad pugnam,aut excubias;sepè post pugnam,qui mori ferro non potuit, mori aut fame,aut siti, aut frigore.

Et alia multa, quæ tandem expertos illos monachos discholos in illo bello, ad Patrem suum & ad claustra conuersos citatissimo gradu reducerent.

Reformationes quoque Monasteriorum, hinc liberas fore & faciles, cùm omnibus vel Reformatio talis aut talis primùm offerretur; deindè libera remansio, sponte Reformationem amplexantibus: discessio,refractarijs, sed in illud sacrum bellum.

Ità neminem tùnc obstinatius Reforma-

tioni repugnaturum, nec fore, qui ad eam inuitos compellat.

Galat. 5. Paulum videri eò inuitare, cùm ait: *Vtinam abscindantur, qui vos conturbant!*

Et apiculas exemplo præire, in sua Repub· *l Virgil. 1. Æneid.* dùm l *Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.*

Si discedit, discedat. Si ex nobis fuisset, permansisset vtique nobiscum.

Ex D. Bonauenturæ mẽte, m *gratias esse Deo* m *D. Bon. 14. in D. Francisci reg.* *referendas, pro tanto beneficio: non quia apostatans etiàm ad sæculum exiens peccauit frater: sed quià oues suas à contagiosa peste liberauit.*

Esse enim minus malum, discholum illum solum damnari in sæculo, & inter peccatores, quàm in Religione, inter sanctos, in scandalum aliorum.

Negari vix posse, melius esse, meretricem & nebulonem esse in lupanari, quàm *sedere in loco sancto abominationem desolationis*, & iniquitatis.

Denique; ex archiuo domestico, illustre sanè responsum in hanc planè sententiam produci posse, Elisabethæ scilicet illius Catholicæ Hispaniarum Reginæ, quam ferunt aliquandò, cùm quidam religiosioris conscientię homines, auditis monialibus quibusdam in lupanari cantantibus hymnos &c. ijs scilicet ipsis, quę ex monasterijs (quorum illa reformationem instituebat) in lupanaria transfugerant, ad eam ventitarent, obiectarentq; magnã illi apud Deũ rationem esse reddendã tot Mo-

Digitized by Google

nialium odio Reformationis illius in lupanaria exactarũ, sic (vt erat sapientissima) respondisse: *Optimè, decentissimeq; meretricem loco suo, sibiq; cõueniẽti inueniri. Ista, quã diuitis, in loco sancto, meretrix erat; nunc ergò melius in loco suo & congruo, in lupanari, meretricatur.*

In terra sanctorum iniquè gessit.

Vt quid etiam terram occupat?

n R. P Fr. Antonius Cordubẽsis, introd. in reg. D. Francisci, q. 3. fol. 14.

Sic eiectos Christianos degeneres ex Terra-Sancta.

Obijcientibus autem Proceribus tùm nonnullis, in eo Diuorũ concilio; Ità paucos tandem in Ordinibus futuros; paucitatem Ordinibus ac Monasterijs dedecorosam esse posse; & sic tandem Ordines sensim esse desituros; Carolum sic respondisse: Miserandos mortales, si qui hæc putarent, & timerent, vbi non est timor.

Neq; enim Deum, neque Naturam vnquã in necessarijs defuisse.

Posse Deum ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Matth. 3

Reminiscendum esse, olim o vni ignauo, ex 40. illis martyribus, in stagnum frigidissimũ, ad Sebasten Armeniæ vrbem, Rege Licinio, & Agricolao Præfecto, coniectis, deficienti, ipsum mox Ianitorem diuinitùs esse suffectum & cum alijs coronatum.

o Bre. Ro. 9 Martij ex Basilio hom. 20

Alibi auctum, quod alibi deminutum.

Hesterem, Vasthi repudiatæ locum occupasse; Iudæos, Chananæorum; Gentes, Iudæorum.

Digitized by Google

Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est.

Non spectandum in Ordinibus, vti nec in Ciuitatibus, quàm multis imperetur, sed quàm bonis.

Non numeranda suffragia, sed ponderanda. Vnum, sed Leonem, gregi sordidorum & impotentium animalculorum præferendum.

Vnum Phœnicem, auiculis infinitis; & vnum solem, stellis omnibus pluris æstimandum.

p Platonem solum Auditorem, pluris esse Tragœdiæ recitatori, quàm totum populum Athenienſium.

p *Marsil. Ficinus in vita Plat.*

Pestilentes dissipare ciuitatem.

Prou. 29.

Multiplicasti gentem, sed non magnificasti lætitiam.

Isai.

Scitum inter Sapientes, Spartam exiguam, sed benè à suo Lycurgo adornatam, Athenis magnis, sed neglectis, vbi ciues sciunt & *dicunt, & non faciunt*, vbi bonum tàm omnes sciunt, quàm nulli faciunt, anteponi.

Nolite timere pusillus grex; sat propaginum ac palmitum *semper habebitis, si timueritis Deum.*

Narrari de D. Francisco, Minorum Legislatore, cùm aliquandò malis non nullorum fratrum exemplis, & in agro suo, in medio boni seminis, zizanijs, infælici lolio, & filice vrendâ subnascente, turbatus, anxio spiritu misericordem patrem pro filiis precaretur, respon-

Digitized by Google

responsum huiusmodi à Domino accepisse;

q Cur tu, pauper homuncio, perturbaris? An ego te Religioni meæ Pastorem præfeci, vt me præcipuum illius patronum esse ignores? Te homulum simplicem hùc institui, vt quæ in te, per teq; perfecero, non humanæ industriæ, sed supernæ gratiæ adscribantur. Ego ego vocaui, ego ego seruabo & pascam, & alijs excidentibus alios subrogabo adeo vt, si non fuerint nati, nasci faciam, & quantiscumque impulsibus paupercula ista Religio concutiatur, salua semper ac superstes meo munere permanebit. q D. Bona uent. in Legenda Maiori.

Q. d. *Modicæ fidei, quare dubitasti?*

Ordotuus, Munduſq;, die desistet, eodem.

r *Huic ego nec metas rerum, nec tempora pono.* r Virg. 1. Æneid.

Deum olim fundituus perdere parantem populum Israelitarum, ob adoratum vitulum aureum, Moysi id deprecanti dixisse; *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam.* Exod. 32.

Dimitte me, vt conteram eam, & deleam nomẽ eius de sub cœlo, & constituam te super Gentem, quæ hac maior & fortior sit. Deut. 9.

Contra spem in spem credendum cum Abrahamo, aut Isaacum excitatum iri post cædem; aut quoquo modo posteritatem tamen non defuturam.

Naturam sperare iubere, si Belli Sacri falce zizania demetantur, triticum meliùs vberiusque succreturum.

Ordinum fundatores, Benedictos, Domini-

Digitized by Google

minicos, Franciscos, Ignatios, idem sentire, & dicere cum Rhacone Mardo, qui Artaxerxi Regi quærenti, an posset etiàm ferre Cartomen, ex septenis suis liberis vnum, natu minimum, in conspectu suo vita priuari: *respondit maximè.* [f] *Quoniàm cùm in horto nascentium lactucarum furculos amaros defringo & amputo, tantũ abest, vt dolorem ex eo mater ipsorũ lactuca patiatur, vt etiã magis efflorescat, item magnitudine & dulcedine plus augeatur. Ad eundem modum ego, Rex, cùm videro eum, qui meam familiam lædit, & vitæ fratrum officit, obstátq; vitam amittere, & à suis in ipsos iniurijs prohiberi, etiàm ipse amplificabor, & reliquos mei generis similiter mecùm prosperam fortunam agere conspiciam.*

[f] *Ælianus var. hist. li. 1 c. 34.*

[t] *P. Mimo opinor.* Deum in templo ab vno [t] *probo* cantari ac laudari *malle, quàm multis malis.*

Non esse illicitum monacho, à laxiore vita, ad arctiorem transire, aut traduci. Militare autem disciplinam, æquis æstimatoribus esse monastica rigidiorem.

Sacerdotes quoque arma capere, tantis Reipub. Christianæ angustijs, haud insolens. Ergo nec dischólos Monachos, accedente Pontifice cum autoritate.

*ix. SI ERRONES, vagique homines, latrones, & (vt vocant) Banniti, proposita Culpæ ac Pœnæ remissione hùc dirigantur.

Granditurum hinc militum numerum, & sumptus stipendiorum in exercitu, & annonæ caritatem in Prouincijs deminuturum, & ciuibus domi remanentibus velut ad farcinas magnæ

Digitized by Google

magnam à latrociniis securitatem futuram.

u Isocratem Philippo Macedoni ità olim consuluisse, in casu non dissimili. *Vniuersum regnum capere; sin minùs plurimas indè prouincias auellere, nouosq; limites Asiæ constituere, quam quidam aiunt in Cilicia vsque ad Sinopen pertingere. Præterea condendæ erant vrbes in loco illo, atq; in eas collocandi, qui nunc ob quotidiani victus inopiam oberrant, & obuios omnes inuadūt, ac omnia loca, in quæ peruenerint, vexāt: quibus nisi obstiterimus ne congregentur, victu illis affatim subpeditato, paulatim tanta eorū multitudo futura est, vt nihilominùs Græcis, quā Barbaris sint metuendi. At nos nihil illos curamus: neq; animaduertimus, nos communem metum & periculū nobis alere.*

u *Isocrates or. ad Philippū, de Bello Barbaris inferendo.*

Et cuiusdā Ioannis Heroldi consiliū fuisse; x *Erronū*, inquit, *gulonū, potatorū, scortatorū, lenonū, otiosorumq; hominū quanta turba? quæ corruptela? quod onus? ijs certè abutendum esset contra Barbaros, vt necessitate adacti, emendarent mores, sobrietatem amplecterentur, formidine scelerum Rempub. liberarent, pretia rerum non augerēt: Deniq; patriæ, pro anteactæ vitæ turpitudine, excitata virtute, pulcro aliquo facinore satisfacerēt, aut splēdida morte ab hoste fines nostros securiores reddētes, repurgatam animam inulti non profunderent.*

x *Ioa. Heroldus panegyrici sui pa. 74.*

Vtilissimum profectò, ac sanctissimum cōsilium,

Hispaniam nō ità pridem, Coloniarum inopia laborantē, quas annuatim in Indias mitteret, etiàm ipsos criminosos emisisse, ad varia iàm supplicia à Iudicibus damnatos; sed & ipsam

ipsam Portugalliam eiusmodi hominibus scelerosis Brasiliæ vacuas regiones implesse, Græcorum, Romanorum, aliarumque multarum Gentium exemplo, qui ex capitis damnatis etiàm quæstum faciebant, fodinis euiscerandis & latomijs, alijsque Reipub. necessarijs aut vtilibus operibus occupando, vtiliore sanè & mitiore quàm nostri consuetudine, qui omnes ad mortem poscunt, rapiuntque paucis exceptis, quos ad triremes relegant.

Heu! quantum Terra potuit, Pelagique parari
Hoc quem crudeles hauserunt sanguine dextræ!*

†Luca li. 3. Pharsal. *al. ciuibus.

Christianos, si sic processissent, potuisse iampridem criminosorum viribus hic mari deriuare, ac propè siccare, ad hostem adoriendum; hic turres Babellicæ similes, aut aggeres Olympo altiores, ac corpulentiores adtollere, & Pelion Ossæ subponere; hic montes transferre; hic syluas Mormalliæ & Arduennæ totas in fossas vrbium importare, & obplere; hic baratra, labirynthos, & abyssos excauare; mœnia hostilia suffodere, cuniculosque, qui ad ipsos ferè Inferos deducerent, agere, modico sumtu victuque ex publico ipsis collato, in omnem Christianis contrà Turcam euentum.

Curandum ergò vel tandem his artibus vetera detrimenta deinceps resarciri.

*x. Si vrbi vm, & Pagorum populi, per Concionatores persuadeantur, pati, se & suos deci-

decimari pro Christo, & ad incertam in illo sacro bello pro Fide quasi mortem mitti, vt olim ad certum martyrium Legio Thebæorum, & olim apud Romanos ij milites, qui ordines deseruissent; & alicubi (Sagunti fortassis) magna fame, socij, in sociorum alimentum.

Nàm si ad certas mortes, nulla salutis æternæ neque spe, neque certitate, Ethnici illi se decimari, pro salute patriæ ac ciuium, permiserunt, quidam etiàm Patritij, Duces, ac Reges sese deuouerunt, vt Curtij, vt Codri, & Decij: cùr non possit & Christianus persuaderi, à tàm multis, tamque disertis Concionatoribus, quibus nùnc Dominicus ager abundat, vt consentiant se eò duci ad incertas mortes, ex quibus magna spes est euadendi, ac vincendi, pro se, pro vxoribus, pro liberis, pro aris & focis, cum tanta spe & securitate meriti indè maximi apud Deum & homines, & salutis indè sempiternæ?

Ad martyrium, pro Christo & Patria (si ità continget) rapi vtilius, glorioſiusque esse, quàm ad solam pro Patria mortem.

z Demosthenem iàm olim ostendisse, militandum ciuibus ipsis esse, non, vti solebant, per milites peregrinos.

z *Demoſt. Olynthiaca* 1.

Et mitiùs paulò ità suasisse; a *Certum*, inquit *tempus militent* (ciues Athenienses sc.) *non longum illud, sed quantum commodum esse videbitur, vt subindè alij alijs succedant.*

a *Idem Philippica* 1.

Igi-

Digitized by Google

Igitur ex regionibus Christianorum, maximè ijs, quæ sint Turcæ viciniores, decimatis incolis, vicissitudinem eamdem instituí posse.

*xj. Si Vrbes, quarum in hostico captarum muri non delebuntur (quas tamen omnes, excepta semper ea, quæ vltima capta est, propter varios belli euentus, passim deleri fortè sit melius, ne præsidijs illic imponendis numerus exercitus minuatur; & soluendis tam multorum præsidiariorum stipendijs; & muris antè quàssatis reparandis; & munitionibus nouis erigendis, ærarium exhauriatur, & ne validiores tandem aliquandò hosti reddantur, aut ab ipso iterùm intercipiantur, & denique ne miles Christianus ad eas retrospiciens, & tutum illic receptum sperans, minùs fortiter resistat in prælijs) illæ non militi iàm stipendiario, sed Colonijs, ex Christianorum vrbibus regionibusque populosioribus illùc mòx adductis, custodiendæ tradantur, quibus & ager, & domus data, sint pro stipendio non antelaborum, sed postlaborum & stataríæ militiæ speratæ, dùm cæteri tantisper vires reparent, & ad illecebram fidelioris vrbium illarum custodiæ.

Hoc modo, annonæ pretia retrò à tergo mitiora fore, populis scilicet deminutis, & antè quoque & à fronte, ipsi exercitui, præsentibus scilicet & consequentibus eos plurimi qui terram colant, arent, seminent, & metant in vicinia; sed & ærario, per stipendiorum so-

Digitized by Google

lutionem, quæ alioqui penè otiosis præsidijs numerari solent, parum aut nihil decessurum.

Magnum vectigal semper fuisse *parcimoniam*, & dexteritatem hostimentorum.

*xij. Si Hosticvm nemo temerè depopuletur, ne ab incolis deseratur, sicque omnium tàm annonæ, quàm obsoniorum, vel penuria sit, vel pretia (vt fit, cùm non est qui agrum colat, aut sit domi) immoderatè augeãtur.

In deserto enim *vndè emantur panes, vt manducent hi?*

Vbi populus, ibi prædam esse, & escam.

Non expectandum semper, aut exorãdum Deum, *vt pluat* de Cœlo *ad manducandum, & paret mensam in deserto populo suo.*

*xiij. Si Edicto seuerissimo prohibitis populationibus hostici, quæ paucorum crumenas implent, sed maximo non solùm hostium, verùm etiàm amici exercitus detrimento, vicissim iubeantur, serioque cogantur incolæ & accolæ iusta contribuere (sed quæ semper in ærarium quoque referantur) & victum quoque in castra pretio iusto, & nullo suo periculo, diligenter importare.

b *Adfluxisse* enim olim in castris Tamerlanis *res semper, cõmodante ad id Imperatoris assidua seueritate: qui nihil perperã fieri, neminẽ violari, à nullo aliquid præter voluntatem, ne minimum quidem olus, auferri impunè permittebat, Eoque consilio effectum, vt vniuersa vicinia non*

b *Christo. Richerius li. 3. rerum Turcic.*

Digitized by Google

minori in hac castra securitate, quàm in celebres mundinas merces suas eueheret & exponeret.

* xiiij. SI NECESSARIA aliquando futura exercitui, multo antè, & paulatim, præemantur, in ipsis locis transitus eius: vel alibi empta, illùc maturè præmittantur, ea anni tempestate, qua aurigæ habent in stabulis equos penè otiosos; tùm enim æquiore pretio omnia, auectum, atque inuectum iri.

Multum enim lucri positum esse in rerum suis locis atque temporibus, emptione, in occasione, in tempestiuo quocunque opere.

Lippis & tõsoribus notum, esse, quod de illo Mercatore diuite tandem effecto narratur, quum tamen annonam semper pluris, quàm cæteri, emeret, minoreque reuenderet. Dimisse scilicet illum & vendidisse semper tempestiuè; emisse pretiosè; quum præabundantia omnes illam contemnerent; vili reuendidisse, quum præpenuria multi eam absconderent, multi penè, pro frumenti modio, modium auri iniquissimè ponderent.

Vnum illum hominem ter & tribus vnius mercis genere, profuisse, Venditori primùm quem nimio suo exonerabat, & cum eius lucro, Emtori, quem fame liberabat pretio tolerabili, & sibi ipsi, qui quæstum quoque magnum iustumque faciebat, & denique, misericordiam in Venditorem Emptorem que,

e-

est, in totam Remp. exercendo, populorum benedictionem conciliabat.

At contrà, [c] *semper, dilatorem operum virum cum damnis luctari.*

[c] *Hesiod. lib. ep. & di.*

Scitum vulgò, quanto pretio hyeme emãtur ligna, carbones, & alia quædam, quæ AEstate penè gratis dantur, & contrà.

Grauari enim possessores quibusdam aliquandò, quæ aliàs necessariò vel habent vel gerunt.

Cultrum, in templo libentissimè alteri dari commodatò; in mensa autem rosarium, à possessoribus; locis scilicet illis, in quibus illis non egent.

Nullum obscurum esse quàm pretiosum quoque apud quosdam aurum, ex quo tamen ipso alibi, apud quosdam [d] Gentes, sontibus vincula & compedes fiunt.

[d] *Pompo. Mela in Cosmog. Vide & Tert. li. de habitu muliebri, & lib. de cultu fœminarũ. Et li. de velandis virginib.*

Hùc quoque profuturum non mediocriter, si in discessu è statiuis commodioribus quilibet etiàm miles, semper vel octidui victum (vt Turcæ) vel tridui (vt in castris quondàm meis aduersus Barbarossum ad Tunetum, certaturi) conferre doceatur.

[e] Fridericum etiàm Barbarossam aliquandò edicto cauisse, ne quisquam expeditioni eius adscriberetur, *qui ad minùs in biẽnium sumptus itineris habere non posset.*

[e] *Anony. quidam sed fidus scriptor.*

[f] Eundem *pauperibus, ad minus trium marcarum expensam, ditioribus pro posse expensas præparare indixisse. Egentibus autem pōdo trium marcarum, sub anathemate profectionem fecisse* * *indi-*

[f] *Otto de S. Blasio, in appẽdice ad Ott. Frising. ci, c. 31.*

*forte mel. intardiri.

ci, cùm scilicet *nollet exercitum vulgo minùs idoneo pragrauari.*

*xv. Si Oeconomi, & velut Episcopi militares, id est, quidam patresfamilias boni testimonij, nouo exemplo instituantur, per singulas militum cohortes duo aut tres, & apud quemcumque eorum milites paris sortis seu æqualis stipendij, communi mensa reficiantur, & curent corpora sua, quasi quidam cõmensales.

* j. Hoc Novo inuento, clausum iri viam illi auaræ multitudini leuiculorum annonariorum, Institorum, & commeatus portitorũ, qui totum militis & castrorum aurum emungunt, hodiè iniustis emptionibus prædarum, cràs earundẽ reuenditionibus pretiosioribus, aut exhortationibus, & pecuniarũ extra castra emissionibus; & nimium militi credendo, spe proximæ solutionis stipendiorum, ex quo fit, vt sæpè miles stipendium ante tempus prodegerit, decoxerit, & messem suam adhùc in herba (vt loquuntur) deuorarit; itaque sæpè deindè contingere necesse est, vt *vnus esuriat, alius autem ebrius sit.*

* ij. Ita Havd dubiè fore, vt nunquàm perditè esuriat miles, tàm certus scilicet quotidianæ illius mensæ, quàm monachùs quiuis suæ, sed & nunquàm ebrietati vacet, vt qui nihil, non magis quàm Monacho ritè instituto ac reformato, vltra stipendij currentis metam porrigetur aut credetur ab Oeconomo isto, & nouo Magistratu.

Mili-

Digitized by Google

Militem tùm victurum commodissimè ac sapientissimè, instar Commensalis in schola, aut Connictoris.

Daturum Oeconomium illum semper cuiuis quantum satis, & semper prouisurum, *ne quid nimis*, &, *ne quid minùs*: aut ne hic plus, iste minùs, per gratiam ac fauorem obtineat, vno sale, & vna mensa omnibus æquè proposita.

*iij. ITA VALITVRVM illud Pauli; *Nemo militans, implicet se negotijs*: militem nō obrutum iri aut distractum, emptione nunc olerum, nunc carnium, nunc annonæ &c. sed vnis armis suis acuendis, & repurgandis; sed exercitijs militaribus, hastiludijs, & luctis, &c, sed insidijs excogitandis, & hosti scitè struendis, dumtaxat vacaturum.

*iiij. ITA ETIAM minorem fore in castris lixarum, lignatorumq; numerum, & ignium (in quorum paucitate, ærarijs & commeatibus multū lucri) sed & meretricum, cuiusmodi greges, quasi coqui, pistores, focarij, panifici, & ad lotiones, solent comitari, & quisq; cuiq; ferè militi adiungi.

*v. ITA OMNE aurū, ex stipendijs victuq; militum collectum, mansurum in castris, & in castris iterùm magna ex parte expensum iri, & itumque iterumq; velut gyris factis & in orbem reductum, nunc in ærarium, nunc in stipendium militare reuersurum.

Euripi instar, pecuniam omnem castrensem abituram septies, ac redituram.

Digitized by Google

Demosthenis enim cõsilio cõmodè alendũ esse exercitum: g*si quis* (inquit) *putat commeatum paruo esse subsidio militantibus, non rectè sentit. Ego enim compertum habeo, si hoc factum fuerit, ipsum exercitum à bello sibi reliqua comparaturum, sine vlla vel Græcorum vel sociorum iniuria, vt integrum stipendium habeat.*

g *Demost. orat. 1. in Philippũ.*

Tamerlanem illum Bellatorum penè maximum, seu is ex subulco seu porcario, & paruis mitijs (vt *h* alicui placet) seu ex amplissima familia (vt *i* Becanus scribit) ortus sit; ea prudentia suis præfuisse, vt *k* vbi vbi castra posuisset, ibi nihil non omnis artificij generis esset reperire, haud secùs quàm in emporio aliquo Antuerpiensi, aut Francofurtensi, aut quouis oppido minutissimo.

h *Textor in Off tit.* Qui ex humili fortuna clari &c.

i *Becanus in vita Tamerl. Gall.*

Nàm castra metando, singulis, prout cuiq; ars erat, certa loca designasse, è quibus, velut è penu locuplete, aut nundinis, peti & capi poterant vniuersa.

k *Christo. Richerius lib. 3 rerũ Turc.*

Sic quodam modo Tamerlanis militem, vna manu trullam aut malleum (vt quondàm Israelitæ:) & altera gladium tenuisse.

*xvj. Si a Regionibvs minùs pecunioſis, vice numismatis census, accipiatur (taxato tamen antè æquabili pretio) id omne, quo abundant, & quod exercitui vsui futuri sit.

*j. Vt Enim prouidis patribusfamilias (iuxta prouerbium) omnia ex vsu sunt & cõmodant, ità Bellatoribus, ijsque multo magis.

*ij

*ij. Esse enim non modo baratrum, & quasi Orcum macelli, omne Bellum, maximè illud; sed & ærarij, sed frumenti, sed æris, sed ferri, sed & totius generis humani, velut trifaucem Cerberum omnia deuorantem.

Abyssus abyssum inuocat.

Ab his æra, ferrum, plumbum &c. in tormenta & arma.

Ab istis, ligna, & trabes &c. in pontes, rates, & nauigia.

Ab aliis frumenta, carnes, casei &c.

Ab aliis, viri, & arma ministrentur, vbi scilicet regio populosior, vel bellicosior.

l *Ipsæ Caucasos steriles in vertice syluæ, &c.*
Dant alios aliæ fœtus; dant vtile, lignum.
Nauigijs pinos, domibus cedros, cupressos.

l *Virgil. 2. Georg.*

m Sic Hollandos olim, seu Batauos, imperij Romani socios, viros tantum imperio armaque ministrasse, cæteroqui liberos à tributo.

m *Cornel. Tacit. lib. 20.*

Sit Prouincia ista, *Horreū belli*, vt quondàm totius Italiæ Sicilia; sit altera, *Armamentariū*, sit tertia, *Aerarium*, & velut aurifodina, atque ita de cæteris, vt quæque hinc, vel illi rei, aptior videbitur.

Mihi olim, *Sapientiæ* & Consilij, Brabantiam; Flandriam, *Aerarij*; Harmoniam, *Nobilitatis*; Arteſiam, *Roboris bellici* fuisse domicilium.

Nam in n Getuliâ, vbi nullus piscator dicitur, pisces quærere, deiuentis esse, & aureo hamo piscículum comparantis.

n *D. Greg. hom. 10. in Euang.*

Digitized by Google

A Polonis ergò, Hispanis, & Germanis equos peti posse, & sic cætera à cæteris;

*iij. SED ET TVM neminem habiturum, vndè à subsidio liberaliter pendendo possit excusari.

*iiij. OMNIA quoque & meliora, copiosiora, minori mora, & pretio æquiore habitum iri, vt ex fonte, & in fonte suo, quæsita. Vberius, & *Dulcius, ex ipsa fonte, bibuntur aquæ.*

*xvij. SI VESTES omnis generis, sensim, & pretio iusto, multò ante profectionem in locis commodis emantur, & illuc præmittantur, vbi castrorum maior pars verisimiliter est coitura, vt laceris longa via militibus, mòx mòx & pretio non iniquo (quod aliàs iniquius fore contingeret) distribuantur.

*j. ITA ENIM vegetiorem fore militem, benè pastum scilicet, beneque vestitum.

*ij. ET VINCVLIS illis detentos, libentiùs sub signis mansuros, ne diffluant; neue, sicut Israel in deserto, prima rerum penuria correptus, de reditu in AEgyptum cogitauit, ità necessarijs illis egẽs miles patriam cogitet, aut quod peius sit, transfugium ad hostium castra.

o *Plin. l. 11 cap. 16.* Vel o *apes, inopia cibi, desperare, mori, aut effugere.*

p *Ouid. li. 1. Trist.* p *Horrea formicæ tendunt ad inania nunquàm.*

q *Plautus in Menechmis. Act. 1. Scen. 1.* q *Quem tu asseruare rectè, ne aufugiat, voles, Esca, atq; potione vinciri debet.*

r *Apud mensam plenam homini rostrum deliges,*

Dùm

Dùm tu illi, quod edat, & quod potet, prabeas,
Arbitratu suo affatim quotidiè,
Nunquàm edepol fugiet, tametsi capital fecerit,
Facilè asseruabis, dùm illo vinclo vincies:
Ità isthæc nimis lenta vincla sunt escaria;
Quàm magis extendas, tantò astringunt arctius.

Catonem maiorem rectè id vidisse, qui *rogatus, quid primum in patre familias, respondit; benè pascere. quid secundum? satis benè pascere. quid tertium? bene vestire. quid quartum? arare.*

* xviij. SI EXARMENTVR vbiq; locorum, omni omninò armorum genere omnes huic bello iniurati, priuati, & quicunq; bello sacro non sunt militaturi, arma verò à Magistratibus vrbium, vel Prouinciarũ iustè æstimentur, & excipiantur præsente pecunia, vel vice tributi habita, emãtur: congesta tandẽ vel Curribus, Nauigijs, procùl (quo miles est conuenturus) quædã occultè præmittantur; quædam castris comitantibus conuehantur.

* j. PROFVTVRVM enim hoc, tũ vt viliori pretio milites à Regibus armari possint, & armis probatioribus.

* ij. VT MILES expeditiùs, citiusq;, atq; ità minore sumptu, longum illud iter, armorum pondere non grauatus ambulet.

* iij. VT MILES minus fracto corpore & vegetior, minùs laceris vestibus, & pugnæ paratior ad pugnæ locum perueniat.

* iiij. VT MINORI incolarũ, per quos iter

Digitized by Google

faciet, formidine, ob minorem inermium audaciam atque insolentiam, transeat.

*v. VT PAX domi, & à tergo, certior, inter inermes scilicet populos relinquatur, nisi per insaniam, pugnis, & fudibus cæstis pugnare libeat, & equitare in arundine longâ.

Philisthæos arma frabricare Israelitis vetuisse, vt deesset, vnde rebellarent.

Certè militem, qui in Belgium, vel ex Iuliâ, vel ex Hispaniâ, à Rege Philippo transmittitur, ferè solere inermem Luxemburgum vsque, vel Leodium, vbi tandem armatum venire.

*XIX. SI MILITI opulentiori, aut minus egéti (vt sæpè sunt duces, centuriones &c.) cui pecuniâ præsente dari stipendium non potest, singulis armis tamdiu fœnus debiti promittatur, & bona fide persoluatur, donec pecuniâ præsente vniuersim satisfiat, iis certè maximè, qui sumtum belli aliquo modo patrimonio suo possunt sustinere, & Ducibus, Torquatis, Duplaribusque militibus, & quorumcumque maiora sint stipendia.

Clazomenios, cùm deberent militibus viginti talēta, nec soluendo essent, singulis annis quatuor talentorum fœnus ducibus pependisse.

*XX. SI LEGIBVS sumtuariis Luxus seculārium, Clericq; minuatur.

In voluptates enim, & nugas, iam passim impendi, quod tuendæ Religioni Christianę, & *tuendis ijs, qui ducuntur ad mortem* seruari, & ser-

seruire oporteat.

Pares nunc aquæ potores esse, rarum, qui Clitorio quia fortè sitim de fonte leuârit,
Vina fugit gaudetq; meris abstemius vndis. [r] Ouid. l. 15. Metam.

A Demophene sapienter dictum; Miror, si cui vnquam mortalium anteuenit, aut eueniet, si præsentia consumserit in ea quæ non deberet, vt absentibus abundet, ad ea quæ deberet. [s] Demosth. Olynth. 3.

Vt magnum vectigal parcimonia, sic magnum vectigalium heluonem esse luxum omnium Ordinum & Potentiorum quidem maximè.

Quibusdã in annulo & gẽma, pretium propè regni vnius esse, in gemma & vnione vnius nescio cuius Cleopatræ, stipendium vnius exercitus.

Vnius alicuius ientaculo, prãdere ferè posse totã castra, & vna quorumdam cœnâ, Hebdomadem viuere omnes vel Xerxis vel Tamerlanis armatos.

Erasmum nunquàm fortè Christianius dixisse, quàm cùm de his dixit: Vt autem, inquit, citra magnum populi grauamen, pecuniæ subpetant in bellum, hac ratione fieri potest, si Principes impẽdia superuacanea resecent: Id si fecerint, videbunt quantum vectigal adcrescat censibus. Quis enim dignè recenseat, quantum illis pereat in pompis, in largitionibus, in conuiuijs, in ambitiosis legationibus, in lusibus & aleâ. Si sanctum ac piũ existimant belligerari contra Turcas, quàm eleemosynã præstare valeant Deo gratiorem, quàm si suum vectigal augeant parsimoniâ, & quod de strepitu detraxerint, [t] Erasm. in consul. de bello Turcico.

rint, impendatur pietati? Quod de Principibus loquor, idem de diuitibus quibuslibet sentiendum est. Bis gratum erit Deo, si quod Pietati impenditur, vitijs detrahitur. Hac ratiõe fiet, vt nemo largiẽdo fiat pauperior, & virtutis accessione fiat opulentior.

Centum milia nummûm, quibus emit a L. Crassus columnas decem Hymettias; & tricies sestertiûm summam, qua decem arbusculas earumque vmbram emit Cn. Domitius, valdè multis militibus pro stipendio esse posse.

a *Valer. Max l ib 6.c.1.*

Cõuiuia corollaria, & in orbem d[illegible] & per domos à quolibet in die suo facta, in [illegible]liorũ Iobi, valdè auctura ærarium, si rescindantur.

Aduentus Principum primos (quos lætos vulgò vocant) celebratos conuiuijs & epulis immanibus, explosione inani magnorum tormentorum, quouis pariete Aulæis Attalicis obuelato, & propè etiàm thure incenso, mirè impleturos ærarium, si modus illis poneretur.

Henricum IV. Galiorum Regem vidisse vanitatem, eamque sapienter in lucro posuisse, vetitis eiusmodi sumtuosis honoribus, & sumtuum pretio in ærarium suum adtracto, vndè & nõ ità pridem post adeptum regnum, *confidenter illum iactasse, se in nouennale bellum aduersus Turcam paratum erarium habere*; & alias: *centum milia equitum sibi in cista stabulari.*

Loricas hamatas annulatim confici, vulgò benè dici.

Guttatim naues mare imbibere, & impleri, & nummatim thesauros ingentes ac mõtes aureos succrescere.

O si Rodolphi Austriaci nunc renascerẽ.

Digitized by Google

tur, quos non puduit rapis vesci agro eumlsis, in victoris totius exercitus conspectu!

O!si diceret ebriosus,& epulo quiuis,seu Laicus,seu Clericus,seu Canonicus,seu Monach⁹: *detur Turcico huic bello,quod mihi hodiè in cœna præstaretur*, quæ non opes Christianorũ esset!

Lacedæmonios certè, vt Samios pecunia, ad recuperandam patriam,iuuarent,ieiunia sibi indixisse, sed & Romanos olim, vt Saguntinos fame liberarent.

Fuisse etiã inter Ethnicos, qui aquæ penuria, ad [illegible]entũ muro reparãdo conficiendũ, sanguine oẽs æqua portione lanceolis ex corporibus suis elicerẽt,pro patria: non posse aut nolle Christianos pro Christo, pro Christianis obpressis liberandis,seq; à simili obpressione tuendis, vel luxum rescindere,& vini abstinẽtiam pro sanguine dare.

y *Egebant erario Romani ab Annibale ad Cãnas victi? opes suas libens Senatus in medium protulit, nec præter quod in bullis,cingulis atq; annulis erat, quicquam sibi reliquêre. Eques sequutus exemplũ, imitataq; Equitem tribus.* y *Florus li.2. de gestis Ro.c.6.*

Romanas matronas annulos,torques,& omnẽ mundũ muliebrẽ,in baratrũ,in medio foro Romę, terra discedẽte,exortũ, Reip.exitiosum certatim proiecisse(si vel sic fortè suã Romam posset,obpleto rebus omniũ pretiosissimis baratro,vt dictarãt oracula,tueri) tãdẽ verò etiã M.Curtium,adhùc adolescẽtem, cùm responsum esset, non aliter coituram labem, nisi quispiam ex primæ spei adolescentibus illùc se

Digitized by Google

se deiecisset, cóscenso equo, mox se in abyssum præcipitasse;

Item; Carthaginiensium fœminas, etiam ornamenta sui corporis naturalia, & corpori cohærentia, capillos ad caluitium vsque resecuisse, cùm canabis fortè defecisset, vt ex ipsis chordas arcubus suis viri torquerent ac contexerent, ne, capillis malè seruatis, Carthago periret; Christianos verò, ne ipsi, ne Patria, ne sua ipsis Religio pereat; nolle, vel vnius pili luxum resecare, ethùc conferre! Proh, pudor!

Leges ergò saltem sumtuariæ, vestiariæque vel veterum renouentur, vel nouæ condãtur, & transgressoribus catamidiatio, & mulctæ grandes, cum ipsa vestium vetitarum amissione toties quoties (quod potentissimum remediorum omnium est) imperentur; vt vel parsimonia renascẽte, vel saltem mulctis malè prodigorum, ærarium belli sacri locupletetur, & semel bene Patria, ac Religio Christiana à Turcarum barbarie adseratur.

Nunc hùc luxus ventum esse, vt *qui mollibus vestiuntur*, non deinceps magis *in domibus Regũ sint*, quàm in domibus sutorum ac cerdonum, magnâ Christianismi infamiâ & scandalo, maioreq; castitatis omnigenæ, in quolibet Ordine, periculo.

* XXI. SI NVPTIAE illæ ambitiosi sũtus, tàm in ornatum, quàm conuiuia, & numerum conuiuarum, prohibeantur, & egregiè mulctẽtur, etsi non prohibendum, nec sponsum spõ-

Digitized by Google

sæ, nec *sponsam ornatam* decenter esse *viro suo*.

* xxij. Si Lvxvs ædificiorum palatiorumque definiatur. Turpe enim Christianos in palatijs cælo minantibus, & cœlo ipsi penè inuidendis aulis habitare, quorum Dominus ac Deus Iesus Christus *non habuit vbi caput reclinaret*; & ne nunc quidem in cœlo regnans, sepulchrum habet in terra liberum, & tutum ab insolentia Barbarorum, nisi quantum, & quamdiu, & quanto pretio Barbaris ipsi placet, & quidem iis Barbaris, quorum Imperator, in sua inauguratione, sacra omnia, imò execrãda omnia iurat, religionis Christianæ exterminium.

Pudendumque, pauperis Christi iuratos sectatores Christianos, in auratis domibus, & quasi quibusdam Cœlis terrestribus habitare, ipsis interim Mahometi *viri diuitiarum* discipulis, Turcis, vniuersis humillimè habitantibus, quibus scilicet aut ligneum est, aut terreum ædificium, exceptis solis Principum domibus, balneis ac delubris, quorum structurã, quod lapidea sit, paulò excellentiorem putant.

Indecorum, sub Christo capite spinis coronato, membra auro coronari, ornari, imò onerari.

* xxiij. Si Calices illi ingentes, qui in vallibus Europæis, alijsque regionibus multis, in conuiuijs paulò honoratioribus, solent in orbem, & circulariter, ad epotandum circumferri, sub fallacissimo nomine Sanitatis Regum,

gum, Principum, aut potiorum amicorum omninò interdicantur.

Si quis verò conuiuator vel conuiua volet suam in Principem, aut amicum quempiam obseruantiam gyro illo potationum testari, calicem illum Sanitatis in mensam proferat, & pro vniuersis ipse conuiuator in eum tantùm pecunię ingerat, in belli huius sacri subsidium, quanti vinum constare possit, quod orbiculari illa potatione, nulla æquitate, magno sæpè peccato, & valetudinis conuiuarum detrimẽto, nullo regiæ sanitatis bono, exhauriretur.

Vel; ad singulos in orbem quoque ex more eat is calix, cum inuitatione aut precatione vrbana, vt in eum quasi gazophylacium, sub finem cœnę vel medium, quisque iniijciat spõtaneum munus in hoc bellum, in ærarium publicum postridiè referendum, quasi sacrificiolum, ad vulgata conuiuij peccatula redimenda, instar Iobi, filios in orbem, epulantes sanctificantis, & holocausta offerentis, *ne fortè peccassent filij eius, & Deo in cordibus suis benedixissent.* Iob 1.

*j. Ita enim Sobrietatem vnà locum habituram, & multum aurum charitatis in hoc bellum insensiliter venturum.

Vt verò id tantò facilius obtineatur, procurandum Indulgentias aliquas dari, ità vinum voluptatis in eleemosynam maximæ charitatis mutantibus, item ipsis illis, qui vel ab ijs calicibus epotandis ipsi abstinuerint, vel alios dum-

Digitized by Google

dumtaxat, auerterint, etsi nihil eleemosynæ in calicem dederint, quod hoc saltem, ad vetus illud conuiuiorum peccatum extirpandum, videatur valiturum.

Aut, si tàm sunt aliquæ, vel Prouinciæ, vel vrbes, vel personæ singulares, huiusmodi insanis sanitatibus (quas vocãt) insania tã insanabili deditę, vt aboleri omnino nõ possint; agedũ, esto, cõuiueatur, & tolerentur, sed aliqua mulcta exigua cõstituta, eaq; singulis cõuiuijs, pro numero capitũ & conuiuarũ, illis adfuturorũ, numeranda, & huic bello consecranda.

Vel saltem quæstum bonum, in bonũ boni belli vsum, esse faciendum, ex malo, quod cõmode exscindi non potest.

Priuilegium sic in orbem bibendi, pecunia certa singulis annis præbita in hoc bellum, redimatur; vt iàm olim solet butyri, casei, & aliorum lacticiniorum vsus, in quadragesima multis locis.

*xxiiij. Si Dvces ipsi, & milites Sacri belli, sobriè in Castris viuere doceãtur, & Curios raphanophagos illos, & rapas ad focum torrentes; & Fabritios aquępotores Romanos, & Rodolphos Austriacos, hortensibus vescentes, imitari, non multo quoque auro in armis, in vestibus, fulgere, neq; bracteato, neque in fila ducto, neque commolito ad superuacaneas deaurationes.

Doceãtur, ferro lucẽte, magis quã auro micãte, hosti terribiles adparere: neq; multitudine caculorũ, aut superfluitate pediſſe quorum splendere. Nàm

Digitized by Google

Nàm cùr vitam duriſſimam profeſſi & pœnitentium, luxu diffluant?

Othones, maiores Auſtriacorum, peditem & equitem honeſtè per pagos aluiſſe; domum ſuam, Prudentiæ & Sapientiæ Scholam, ſiue Imperij Sacroſancti Conuentum, & Senatum auguſtiſſimum, eſſe voluiſſe.

Ex Henricis veteribus aliquem vnum paraſitos, etiàm in magnis celebritatibus, & nuptiarum feſtiuitate ſumma, expuliſſe, inutilemque turbam omnem abegiſſe.

Dominum tenuis Auenticenſis agelli, Imperium per 22. annos dilaceratum inſtauraſſe, & ad orbis hoc dominium, parſimonia atque virtute priſca euexiſſe. z Rodolphum quippè illum Auſtriacæ domus gloriam, ſarcire palàm veſtitum ſimpliciorem non puduiſſe.

z Ioa. Herold. Panegyrici pa. 90. 91.

Tamerlanem quoque ipſum abſtemium fuiſſe: *Venim* enim *omninò non bibiſſe.*

Veteri Athenienſium diſciplina, aquam dumtaxat, pro potu caſtrenſibus fuiſſe.

a Plato 2. de legibus

Legem eam Platonis fuiſſe, a *Numquàm in caſtris* (ait) *quiſquam vinum guſtare audeat, ſed toto illo tempore aqua bibatur.*

Ac meritò quidem, ſi & nùnc hoc à Chriſtianis poſſet impetrari.

*j. AD VITANDOS intolerabiles compotationum.

*ij. AD TVENDAM caſtitatem illam, qua militantibus neceſſaria eſt, vxore, & concu-

bini

biniscarentibus, vnde & castra à castrando quidam deriuant, quod quasi castratos, & castos viuere milites oporteat, sub signis semper sæpè & in hybernis.

*iij. NE MILITES vino capti vel hostem parùm vexent, vel ipsi ab hoste insidiosè vexentur, & vincantur vino & ebrietate, qui ferro vinci non potuerunt.

b *Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam Græci.* b *Virgil. 2. Æneid.*

Troia c *militibus grauidum læta recepit equū.* c *Ouid.*

*xxv. SI ABBATIBVS, Episcopis, Cardinalibus tot equos non alere ac deducere per suadeatur, & quos pompæ detrahunt, qui meritò ipsis superflui, iudicio rectæ rationis censeri possint, eos bello huic sacro, quamdiu ferbuerit, perpetuò præbere & alere.

*xxvj. SI TEMPLA Catholicorum, ad tantillum tempus, paucioribus luminaribus, candelis, facibus, lampadibus, illustrentur, vt habeant quod liberalius hùc impendant, donec scilicet sacro bello Euangelij *lumen, ad reuelationem Gentium*, in Terram sanctã sit illatum.

Ità lucem meliorem, *habitantibus in regione vmbræ mortis*, nostræ lucis corporeæ sumtibus, orituram.

Splendorem illum sacrorum luminum momentaneum, meliùs in Dei & Christi nouum ac duraturum splendorem, ex glorioſa conuersione Gentium barbararũ, & Christianorum captiuorum læta liberatione, conuersum iri.

Digitized by Google

Non conceptura nigrorem, ex fumo corporeorum luminum, templa & sacra simulacra: contrà, viua Dei templa, viuasque imagines, illius fumi ac fuliginis sumptu, sanctam albedinem, & sanctitatis candorem concepturas.

Ità, non fumum tantùm, & citò transiens bonum facturos Christianos, sed permanens & æternum, ad salutem tot conuersarum gentium, fratrum liberatorum, & suam ipsorum.

d Horat. in arte. Fore hoc, d *non fumum ex flamma, sed de fumo dare flammam.*

Fore hoc simile illi ritui triduano, quo hebdomadâ sancta, candelis duodecim extinctis, luget sancta mater Ecclesia lumen fidei in 12. Apostolis extinctum, Christo patiente triennio fortè, paucioribus facibus accensis contenta, etiàm ostendet se lugere mater Ecclesia, in tot locis ac Gentibus, à Turcis extinctam fidem: & minùs luminis corporei habere se malle, vt cæcæ Gentes copiosiùs lumine spiritali illustrentur.

Et, vt in Paschate, rediuiuo iàm Christo, eadem multiplicat sua lumina, sic, fide Christi inter Barbaros, per bellum tandem istud, iterùm excitata, lumina ista sua vsitata, & his plura, resumturam.

* xxvij. Si Campanarvm quoque ille bombus magnificus & multiplex, & facium funebrium tàm multarum accensio, quæ in quibusdam Prouincijs, in funeribus, adpompam

pam, & viuorum solatium, præcipuè à ditioribus(pro modo dignitatis aut census, cuiusque) magno emi gestaríque solent, tantisper in eundem finem interdicantur,&si ea lumina Catholicè pieque tunc accendi, ex Dionysio Areopagita certum est.

Si quis tamen, etiàm post mortem diues videri adeò affectabit,sono fusi æris, sonum æris alterius percussi & signati, id est pecuniâ, item sonum oris substituat; id est, tantum pecuniæ in hoc bellum in gazophylacium coram testibus mittat, quantum alioqui campanæ & faces de more permissæ absumerent; quo nomine tùnc, vel Concionatoris alicuius, vel Parochi voce,quasi præconio in templo publicetur è suggestu, Ioannem vel Ioannam talem aut talem, tantam eleemosynam in bellum sacrum, pro animæ suæ refrigerio, vice luminis facium, & boatus campanarum, pependisse, tantum pro tanto.

*j. ITA, non in politicè inutilem fumum, & politicè inanes sonos tantùm,abituras diuitias defunctorum &hęredum,sed & in redemtioné captiuorum transituras, odoraturumq; Dominum odorem suauitatis, & excitatum iri ad misericordiam, illa misericordia in miseros captiuos, patrem totius misericordiæ.

*ij. FORE hoc tributum, verum ac præsens opus misericordiæ, ac redemtionis captiuorum, natum peccata redimere; quod alioqui in sonos campanarum impendebatur, ad

Digitized by Google

ciendam tantùm misericordiam audientium, sæpè ad nullum sonum misericordium, neque vel Aue in gratiam defuncti dicentium.

In re tùnc fore, quod alioqui per campanas expetitur tantùm, & speratur.

Ipsam eleemosynam, iàm iàm oraturam, & clamaturam pro ipsis ad Dominum.

Pecuniam sic datam in hoc bellum, verè eleemosynam fore, quod non est illa, quæ in campanarum pulsũ datur, sed est laboris pulsantium & operæ pretium, & misericordiæ ac precum Christianarum inuitatorium.

Hanc reipsa orare; illam conari tantùm, & inuitare, vt oretur.

Hanc ad finem rectà tendere; illam dumtaxat ad medium, quo peruenitur ad illum finẽ.

Fieri posse, vt quamlibet sumptuosis pulsibus nemo oret pro defuncto; fieri non posse; vt eleemosyna ipsa in captiuos erogata non oret pro sui largitore.

Sanctã igitur & salutarem fore istã permutationem. Sanctum vnà omnes dicere; *Super flumina Babylonis, illic sedeamus & fleamus, dùm recordamur tui, Sion. In salicibus in medio eius*, tãtisper *suspendamus organa nostra*, & campanas silere iubeamus, vt importunã nùnc musicam. Si qui vel ex ijs, qui *captiuos duxerunt nos*, aut captos optant, *interrogabunt nos verba cantionũ*, & sonos vsitatos cãpanarum, & dicẽt; *Hymnos cãtate nobis de cãticis Sion*, id est, edite nobis solitos illos campanarum vestrorum bombos; respondere Christianos posse, cum filijs Israel, qu-

quomodo cantabimus canticum Domini, in terra aliena constituti potiore corporis nostri mystici parte, id est, tot fratribus nostris, sub Turca adhuc captiuis? *Si oblitus fuero tui, Ierusalem, obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ.*

Et illud: *Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectū strati mei. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationē, Et requiem temporibus meis, donec inueniā locum Domino, tabernaculū Deo Iacob, donec introibimus in tabernaculū eius: donec adorabimus in loco, vbi steterūt pedes eius,* id est, ad sonitum citharæ, & cāpanæ non ducemus in bonis & in pompis dies nostros, donec, Turca debellato, Sepulcrum Domini, Terra Sāta tota fiat Christianorum, & *oues* dispersæ, *quæ sunt ex hoc ouili*, è luporum faucibus vindicentur. *Psal. 132.*

Bonū esse, silere tātisper transeūtes illos Cāpani æris sonos, donec liberè *sonet vox* Euangelij *in auribus* Barbarorū; & *in auribus* captiuorū sub Turca fremitum, vox plenæ libertatis. *Cant.*

Non dedecere, faciem cultūq; Ecclesię esse tantisper, qualis est viduę, aut matronæ plāgētis vnigenitum, donec filij eius, qui sub Turcis Christo perierūt, inueniātur, donec qui mortui sunt, reuixerint.

Depositurā tūc Ecclesiā vestes viduitatis suæ cū Iuditha; tūc primā Symphoniā & chorum (quasi Patris lęti de prodigi reditu, aut militū, & victorū, capta præda, cū diuidūt spolia) repetituram. *Isai.*

Digitized by Google

O Domine Iesu! ô amor! *quando hæc erunt?*
Aut *si in tempore hoc restitues regnum Israel!*
Heu quis victurus est, quando ista faciet Deus!

*xxviij. SI AIVDAEIS inter [illegible]nos habitantibus, plusculum tributi in hoc bellum exigatur; imò si & ipsi maximè stipendijs suis militare cogantur, tùm quodam quasi iure, quia scilicet pro Patria Iudæorum bellum istud suscipitur; tùm quadam specie pœnæ, quià scilicet olim Iudæi Mahumetanis Saracenis, Turcarum horum (quod ad religionem spectat) maioribus, fauerunt, magno Christianorum in Hispania detrimento.

*xxix. SI COGITETVR, bella externa ferè apud hostem, & in hostico, omnia, vndè alantur, & stipendia habeantur, inuenire, bellum omne seipsum alere, opus dumtaxat esse pecunia aliquantula, ad initium belli, atque inchoandum, vti mercatoribus industrijs, vt Sabaudis, aliquantulo auro; vt agricolis & hortulanis, agello bipedali, & aliquantulo semine, qui deindè hi, ex commercijs; illi, ex agris non ingratis, & messe vberi locupletantur. *Omnia principijs semper inesse solent.*

Tamerlanem atque Alexandrum **maximos** bellatores, ex initijs sanè paruis, **in potentiam** omnibus formidabilem **euasisse**.

cPlut. to. 2 mor. op. 1. de Alex. Magni fortuna.

Præclarum scilicet, quod c Alexandro Magno fortuna parauerat, viaticum, LXX. talenta fuisse, si Aristobulo credimus; si autem Du-

ris audiendus est, triginta dumtaxat dierum commeatum.

Turcarum ipsorum immanem, & toti Orbi terribilem potentiam, ex bellis illis esse, quæ extra suos fines in exteros transtulerunt.

Christianis quoque, si collectis qualibuscunque ex toto Christianismo pecunijs, arma Turcis intulerint, sperandum, Turcam ipsum exercitibus Christianorum reliqua præbiturum, vndè expugnetur, & dicamus nos suo sibi hunc iugulo gladio, & ipse dolenter dicat:

Heu! patior telis vulnera facta meis.

Agathoclem, cùm eam quidam irriderent, vt pecuniarum & commeatuum indigentem respondisse, *præuenturum se famem, expeditionis celeritate*; & *muneraturum suis stipendia, ex auro captiuo.*

* 3. *ADMINISTRANDI RATIONE*, & fide, etiam opus esse.

In ea plurimum positum esse, patere vel ex bello, in vallibus Europæis gesto, in quo causa melior (& alioqui potentissima) sæpè stipendiorum defectu, tumultus ac secessiones militares inter suos experta est, cùm contrà hostes (alioqui angulum terræ tantillum obtinentes) nullum inter suos tumultum, aut rarum meminerint, ob paratum semper & in promtu stipendium, & Quæstorum fidem.

Aurum enim causæ melioris, vel infidos quosdam homines, vel nimis multos tractasse,

Digitized by Google

vel inscitè fuisse collocatum; adeò vt vulgò sit creditum, aureum illic datum nummum, non plus feciſſe, quum in valles Europæas, in verum belli vsum & stipendia peruenerat, quàm 20. stuferos, seu quatuor Iulios Romanos.

Adeò scilicet illas multas ingentesq; opes illius melioris causæ, multos fuisse, vel qui comederent, vel qui inscitè administrarent; vel plures Iudas loculos illos Punica fide tractasse, & plus satis indè manus suas inauraſſe; vt non rarò remanserit causa illa tàm bona & tàm potens, *simul in vnum DIVES ET PAVPER.* Ad illam auream messem pleroſq; cucurriſſe, & copiosè sibi messuisse.

Act. Ergò hic aliter procedendum, & ex D. Petri consilio, *considerandos esse viros boni testimonij septem*, quasi Septemuiros (seu quotquot necessarij erunt) *quos supra hoc opus* Pontifex, & Imp. & Reges communi consilio, *constituant.*

Vt Septemuiratum minimè rapacem, neq; repetundarum futurum reum, volebat D. Petrus aurum bursamq; communem Christianiſmi nascentis tractare; ità minimè auaros esse oportere illos, seu Septemuiros, seu Decemuiros, seu Triumuiros (vt videbitur) qui eiusdem renascentis, aut renasci conantis Ecclesiæ tributa administrent.

Isocrat. in panegyrico. Tales optandos esse & querendos, quales ab Isocrate depinguntur: f *Nec enim* (ait) *illi nullã*

Reipub.

Digitized by Google

Reipub. curam habebant; neq; publicis opibus fruebantur, vt priuatis, vt alienas negligebant, sed eas administrabant, vt priuatas: abstinebant, vt abstinere decet ijs rebus, quæ nihil ad se pertinerent. Nec argento fœlicitatem metiebantur, sed iis videbatur opes tutissimas possidere, & pulcerrimas, qui ità se gerebat, vt & ipse maximam laudem mereretur, & liberis suis honestissimam famam relicturus esset.

Prouidendum, ne sola iàm collecta pecunia, non verò hostis ipse triumphetur, per eos qui tractabunt, neque demum, vice stipendij iustissimi, iniustissima relinquatur gregario militi passim prædandi, æquè ex amico hosticoque licentia.

Adnigilandum, ne pauci aurati ebrij, saturique incedant, nudi verò & famelici infiniti; totaque belli moles, succiso belli neruo, pecunia, dissoluatur.

A Belga quodam, viro sanè maximo, ità alicubi scriptum: *Minùs diffidet populus, si viderit legitimorum Monarcharum concordibus animis rem geri, si magna pecuniarum pars committatur præcipuis ciuitatibus, vt, vbi res vrgeat, tùm exhibeatur in vsum præsentem.*

Videri tamen non inconsultum, si sacrā pecuniam administrent delecti Sacerdotes; profanam delecti Laici; vel Sacram, Triumuiratus vnus, ex quo sint Clerici duo, vnus Laicus; profanam, alius Triumuiratus, ex quo sint Laici duo, Clericus vnicus, vt socij sint socijs pro Pædagogo & obseruatore, &, vt duos

*Turpe quid ausuros reuocet vel * tertius infans.*

g Iuuenal. * al. filius.

Posse ex Religiosis Ordinibus mendicantibus, & ijs maximè, qui vi regulæ suæ nihil sibi possunt acquirere, nihiloque fieri locupletiores, aliquot ingeniosos & actiuos homines deligi, & ærario præfici, minore repetundarum metu, propter votum eorum & institutum opulentiæ contrarium, & dolo (si quis accesserit) manifestiore, propter mòx adpariturum in ipsis hactenus pauperibus, rei domesticæ incrementum, & propter fratres alios eiusdem Ordinis non passuros locupletes, sed mòx per zelum regulæ & iustitiæ delaturos.

Certè, Petro Eremitæ senes sacro bello inidoneos passim & varijs locis, pecuniam suam, in militum vsum, expeditione Bulionæa, fidenter numerasse.

Nec incongruum videri, si multæ vnius AErarij, ex auro Ecclesiasticorum Laicorumque conflati, claues sint, partim in Ecclesiasticorum, partim Laicorum manu, vt nec hi sine illis, nec illi sine his, aperire, introspicere, aut demere quidquam possint.

Nec inconsultum, si alius aliquis Magistratus seuerus creetur (vt censura) obseruator dũtaxat futurus dispensationis, Adnotator, &, per singulos vel menses, vel hebdomadas Quæsitor.

Periculosum enim, & ad dolos procliue, nullo

nullo oppositio custode, rem nummariam à quocunque administrari.

Hic erit artis opus, ne quis magna arte amicum mentiens, plura quam hostis indè depræ-detur.

h *Ipsaq; furem*
Præda vocat, præsertim tanta. h *Ouid.*

i *Porta bipatente, vel sanctum tentari*, verè ab Hispanis vulgò dictum esse. i *Pro.Hisp.* Puerta abierta al santo tienta.

Tempus nùnc esse, aut, nunquàm, in eas res curasque seriò, vel serò ac tandem, incumbendi.

Impelli hùc Christianos, ab alta nùnc pace inter Reges potentissimos, Gallorum, Hisp. Angl. & à matrimonijs hinc indè iàm contractis. *gall.* L'occasion fait le larron.

Ab indutijs quoque satis firmis cum Hollando, Franciscanis pacificatoribus.

Vrgeri quoque à charitate, in proximum vicinumque Regem Poloniæ Sigismundum, ità ab immani illa belluâ Turcicâ, minis plusquàm AEacidinis, lacessitum, & sic paratum ad sui defensionem, vt nunquàm magis, quemadmodùm responsio subsequens eius ad Turcam testatur.

APO-

APOGRAPHVM Responsionis Sigismundi Poloniæ Regis, ad epistolam denuntiatoriam Magni Turcæ.

1. *Sigismūdus, Gratia Dei Rex Poloniæ & Suediæ, magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Podoliæ, humillimorum Magni Dei, & Filij eius Iesu Christi Crucifixi seruorum vnus.*

1. Sigismōd par la grace de dieu Roy de Pologne, & de Suede, grand Dūc de Lituanie Russie, & Podolie, l'vn des plus hūbles seruiteurs du Grand Dieu, & de son Fils Iesus Christ crucifié.

2. *Soldano, capiti & Principi Turcarum & Infidelium, omnis probatæ Religionis hostium, salutem animæ.*

2. A Soldan, chef & Prince des Turcs & Infidelles, ennemis de toute bonne Religion.

3. *Accepimus literas tuas minacissimas, plenas impietatum in Maiestatem Dei, quibus respondere non tanti fuisset, nisi crédidissemus te tibi placere inde potuisse, quasi aliqua re superiorem, sed te contemsisse, vt hostem Dei, qualis reuera es.*

3. Nous auons receu ta lettre pleine de menaces, & remplire d'impietez à l'encontre de la Maiesté de Dieu, à laquelle nous n'eussions pris la peine de faire responce, si nous n'eussions creu, que tu te fusses flatté de quelque auantage, ains t'eussions mesprisé comme vn ennemy de Dieu que tu es.

4. *Sed noluimus omnino nihili facere animæ tuæ salutem, potiùs indicare tibi voluimus imperitum te admodum hominem esse, & multis sectatoribus tuis infirmiorem, quæ vna*

4. Mais nous n'auons voulu totalemēt mespriser le salut de ton ame, ains t'aduertissant que tu n'es qu'vn simple homme, beaucoup plus foible en vne personne, que beaucou-

de

res tibi debeat notitiam tui imperare, & docere, nisi Deus Regum & principantium frontibus Maiestatem aliquam potentem impressisset, ad subditos in officio continendos, lenitate, bonos; seueritate, improbos, omnes simul, potentia, non posse omninò supra omnes adsurgere atque imperare.

de ceux qui te suiuent : ce qui te doibt faire entrer en cognoissance de toy-mesme, & remarquer, que si Dieu n'auoit graueau front de ceux qui commandent, vne certaine Maiesté puissante, pour retenir tous leurs subiets en obeissãce, les bons par la bonté : & les peruers par la rigueur; & tous ensemble, par la puissance; il seroit impossible de s'esleuer par dessus les autres.

5. *Te igitur, qui, quod ad te spectat, infirmus es, agnoscere oportet, vim quandam maiorem esse, quàm tua ipsius sit, quæ te foueat, & impetret ab affectis tui reuerentiam, quæ vis à Deo Opt. Max. & fortissimo est, quam idem & tuetur, cùm se ei Principes submittunt : cùm verò superbia efferuntur, nouit quoque eorum furorem reprimere.*

5. Toy donc, qui en ta personne es infirme, dois recognoistre, que c'est vne force plus grande que la tienne qui te maintient, & te fait respecter par tes suyuans, laquelle force vient de Dieu tres-bon, tres-grand, & tres-fort, qui la conserue, quand les Princes s'humilient deuant luy : mais lors que l'orgueil les emporte, il sçait bien rabattre leur fureur.

6. *Non libet apud te exemplo alio vti, quàm Bajazetis II. vnius è maioribus tuis, qui spe cælos hostiliter scandens, cum exercitu oculis hominum terribili, Deo autem re vera ridiculo, victus,*

6. Ie ne t'en veu proposer que l'exemple de Baiazeth 2. l'vn de tes predecesseurs, qui pensant escheler le Ciel, auec vne armée effroyable aux yeux des hommes, mais mesprisable deuant Dieu,

Digitized by Google

captus, vinctusque est, clausus cauea ferrea clathrata, post victorem tractus, eidem pro suppedaneo factus, non alia re viuens, quam catelli instar proiectitijs de victoris mensa. Eiusmodi vltione eius arrogantia merebatur.

se vid vaincre, prendre, & empriſonner, ſe vid enfermer en vne cage de fer, trainer apres ſon victorieux, luy ſeruir de marche-pied, el ne viure que de ce qu'il luy iettoit de la table, comme à vn chien. Son arrogance meritoit ceſte punition.

7. Considera igitur, illum olim tàm magnum, tàm potentem, tàm terribilem, posse te hereditario iure, tamquam ab se eriundum, paris aut etiam infœlicioris fortunæ heredem constituere, si pergis blasphemare nomen Dei, & Filij eius dilecti Iesu Christi Crucifixi.

7. Conſidere donc, que celuy là qui eſtoit ſi grand, ſi puiſſant, ſi redoutable, te peut laiſſer par droict ſucceſſif, comme eſtant deſcendu de luy, vne pareille ou pire fortune, ſi tu continues à blaſphemer contre Dieu, & ſon fils bien-aymé Ieſus Chriſt Crucifié.

8. Tu nobis crucem eius improperas, sed ea honori nobis est & gloriæ, & huius præsidio, vti quondam Imperator Constantinus Magnus hostem suum infidelem prostrauit, nos quoq; speramus, adeoq; certi sumus illis tuis minis obsistere.

8. Tu nous reproches ſa croix, mais elle eſt noſtre honneur & noſtre gloire, & en vertu d'icelle, comme l'Empereur Conſtantin le Grand ruina ſon ennemy infidelle, nous eſperons & aſſeurõs nous deffẽdre de tes menaces.

9. Noli arbitrari, tumentibus verbis tuis nos terreri; animos nimis masculos generososque gerimus, vt terreamur; quin potius minas tuas

9. N'eſtime point, que tes parolles enflées nous eſtonnent, noſtre courage eſt trop maſle & trop genereux, pour y receuoir crainte: au contraire nous meſpriſons ta menace, nous foulons aux pieds

Digitized by Google

contemnimus fastum tuum calcamus, & furias tuas irridemus: &, vt grati simus quod bellum antè nobis indixeris, quam intuleris, etiam certiorem te facimus, si veneris, exceptum te iri aliter quam speres.

10. *Sunt nobis montes, & rupes, qua terrori esse possint, quas in primis regni limitibus obponemus.*

11. *Inuenies vrbes nostras, arcesq; egregiè instructas necessarijs, ora tormentorum nostrorum maiorum furiosa, enses acutos, & chalybe admisso duratos, arma in penetrabilia & inuia pectora indomita, nos ipsos in laborem quemcunque paratos, animos victoriam spirantes & adspirantes, &, vt oculus tuus caligo offundatur, Vexillū Crucis nos præbit: ante omnia verò ipse Filius Magni Dei Crucifixus imperabit Angelis suis aciem præcedere, vt eorum auspicijs vincamus.*

12. *Ille Dux noster erit, eiusque auspicijs feremur in ipsa tua repagula, insultantes; sternemus infidelis tuas phalanges, pul-*

superbité, & nous rions de tes furies; & pour remerciment de ce que tu nous aduertis, auant que nous attaquer, nous te faisons sçauoir, que si tu viens, tu seras reçeu cõtre ton intention.

10. Nous auons des mõtaignes & de rochers effroyables, que nous t'opposeros à l'entrée de nos terres.

11. Tu trouueras nos villes & chasteaux bien garnis de munitions, les bouches de nos canons furienses, nos espées trenchantes & acerées, nos armes impenetrables, nos courages indomtables, nos personnes disposées à tout trauail, nos ames aspirantes à la victoire, & pour t'esbouyr les yeux, l'estendart de la Croix nous precedera: mais sur tout le Fils crucifié du Grand Dieu fera marcher ses Anges deuant nous, à fin de faire tourner la victoire de nostre part.

12. C'est luy qui sera nostre Chef, & soubs l'asseurance duquel nous irons te brauer iusques dans tes barrieres: nous terrasserons tes troupes infidelles, nous te marche-

Digitized by Google

que calcatum tibi ventrem ibimus, & fœlici victoria (si te manibus nostris fuga eripis) minabimur insequi vsque ad abditissimos quosque angulos abominandi illius tui gynecei. Videbis Moscheas tuas, ipsum tuum Mophti, aliosque execrandos perfidiosi tui Mahomethis sacrificulos catenari, transfugis illis & eiuratis, in quorum armis spes tua omnes sunt sita, palum per obscœna indui, & in rotam agi, ac diffringi: & liberari tot Christianos flebiliter gementes sub Tyrannidis tuæ feritate, quorum lachryma ad Cœlũ vsq; protecta, vltionem aduersum te Dei excitarunt, qui passus est, te hùc vsq; superbia prorumpere, vt ruina tua fieret posteritas sapientior.

13. *Paucis, videbis cultũ Dei, Gracia Asiaq;, quas improbè vsurpas, restitui.*

14. *At si armis nostris succubueris, vti fore Deo benè propitio confidimus, ità habe, ac certissimè crede, ea omnia post mortem sic euentura, & animam*

cherons sur le ventre, & par vne heureuse victoire (si tu eschapes de nos mains par la fuite) tu te verras suiuy de nous iusques aux plus secrets cachots de ton serrail abominable: tu verras ruiner tes Mosquées, mettre à la cadene ton Mophti, & autres sacrificateurs execrables de tõ perfide Mahomet: mettre au pal & sur la roue tous ces traistres reuegats, sur lesquels tu t'asseures & deliurer tant de paures Chrestiens, qui gemissẽt piteusemẽt sous la rigueur de ta tyrannie, les pleurs desquels mõtés iusques au Ciel, ont excité iustemẽt contre toy la vengeance de Dieu, qui à permis que tu sois monté à tel orgueil, pour rendre ta ruine plus exemplaire à la posterité.

13. Bref, tu verras restablir le seruice de Dieu dãs la Grece & l'Asie, que tu vsurpes meschamment.

14. Mais si tu tombes sur nos armes, cõme nous esperons que Dieu nous en fera la grace, tien toy asseuré que tout cela arriuera apres ta mort, & que ton ame sera en perpetuité aux flammes d'Enfer, pen-

Digitized by Google

tuam perpetuis in Inferno flammis arsuram, interim dùm nos victores, ac post adeò illustrem victoriam, cantabimus cantica Deo nostro, cui sit gloria sæculis sempiterna.

15. *Scito igitur ô Ethnica Infidelis, te nobis nullo esse formidini, & si libet aliquid vtile ac notatu dignũ discere, contentus nũc tandem viue vsurpatis, intra terminos illos te tõtine & tecũ iterũq; iterũq; cogita, si Mahomethi tuo potuit cõingere, vt verum loqueretur & aliquid vaticinaretur, in ianuis iàm tibi esse vt cornua: superesse tãtũ sex aut septẽ annos, ex mille illis, quos ille fœta sua promisit.*

16. *Et hoc est spatiũ illud temporis, quod tibi gladius Christianus indulget, vt respipiscas, Deum agnoscas, vt eum in Filio eius vnico Iesu Christo adores quò te iterũ inuitamus, sicq; salue re & valere. Datum in arce nostra Posnvvichij 12. Februar. anno Incarnati Domini nostri 1613.*

pendant que durant, & apres vne signalée victoire de toy & des tiens, nous châterons de cantiques à nostre Dieu, auquel soit gloire à tout iamais.

15. Scache donc, ô Infidelle, que nous n'auõs aucune frayeur de toy, & si tu veus encor vn bon & signalé aduertissemẽt, cõtente toy pour le present de tes vsurpatiõs, & te cõtiens dans les bornes d'icelles, & repẽse à par toy, que si ton Mahomet à peu dire vray, & predire que le tẽps de la ruine de ta secte approche, il ne faut plus que six ou sept ans, de mil qui luy ont esté promis par luy.

16. Et c'est aussi le tẽps, que l'espée Christienne te donne, à fin de t'amẽder, & venir à la cognoissance du vray Dieu, pour l'adorer en sõ fils vniq; Iesus: à quoy nous t'exhortõs de rechef, pour toute salutation & recommandation. Dõné en nostre Chasteau de Posnvvich le 12. Feurier, l'an de l'Incarnation de nostre Seigneur 1613.

SIGISMVNDVS. SIGISMOND.

Vidit Adamus de Gauley, D. Cath. Past. Inf.

Digitized by Google

Quo Sigismũdi responso quid fortius? quid magis regium? quid paratius ad resistendum?

Itaq; Christianos Reges, si socijs armis nũc ita animatum Regem fratrem suum iuuare neglexerint, aliquando veris lacrymis deploraturos suã negligentiã tàm capillatæ occasionis, cùm scilicet victi, alteri post alteros, durissimã illi Barbaro seruient seruitutem.

Atq; his ità ardẽter dictis, Carolo V. singultu interruptore repẽtè præ mœstitia oborto, dicere plura voleti, nõ plura licuisse; ostendisse tũ pium Imperatorem pectoris tũsionib⁹ sonoris, & manuũ inuicẽ arctissimo cõplexu, & oculorũ lachrymantiũ eleuatione, tristia se omnia & luctuosa Ecclesiæ præuidisse, nisi in Barbarũ istũ mòx mòx à Regibus vnà omnibus cõiuretur, & Regi Poloniæ Sigismundo tàm benè animato, sociali bello succurratur. Raphaël aũt meus me plura præstolantẽ rescire, & paratum publico bono scribere, sic repentè deseruit, vt, attonito partim Caroli V. Imp. lõgè max. pessimi ominis gestibus; partim repẽtino illo Caduceatoris abscessu, nõ satis occurrat quid verbis eius addere cõmodè possim, nisi fortè hũc psalmi versiculũ: *Et nũc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrã*: & istos Magni Poëtæ:

Psal.

k *Virg. 2. Æneid.*

l *Virgil. 4. Æneid.*

k *Arma viri ferte arma, vocat lux vltima victos.*
l *Exoriare aliquis* Bulion *ex ossibus vltor,*
Qui face Dardanios ferroq; sequare colonos,
Nunc, olim, quocunq; dabunt se tempore vires.
Litora litoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis: pugnent ipsiq; nepotes.
——— *nullus amor populis nec fœdera sunto.*

QVO

QVOD FELIX FAVSTVMQVE SIT,
QVOD SANCTISS. DOM. NOSTRI
CENSVRA FIRMVM ESSE
DVXERIT;
ID IN NOSTRIS LIBELLIS
FIRMVM SANCTVMQVE
ESTO;
INDICTVM, SI QVID MINVS
EIDEM PLACEBIT.

* * *

Si quid per Imprudentiam dixi malè
Quod parte ab vllâ claudicet; feram libens
Id esse non dictum, abolitumque funditùs:
Et ipse iam nunc abrogo dicto fidem.

* * *

D. Augustin. ser. de Assumpt. Matris Virginis postquam egit de corpore eius etiam assumpto.

Si ergo vera sunt, quæ scripsi; tibi gratias ago CHRISTE: *quia de sancta Virgine Matre tua, nisi quod pium, dignum & iustum est, sentire non potui. Si ergo dixi vt debui, approbatu* CHRISTE, *& tui.*

Si vero aliud, aut aliter, quam debui; ignosce tu CHRISTE, *& tui.*

* * *

Horat. lib. 2. Epp. ep. 1. ad Augustum.

Indignor quidquam reprehendi; non quia crasse
Compositum, illepideue putetur; sed quia nuper
Nec veniam antiquis, sed honorem, & præmia posci.
Quod si tam Græcis nouitas inuisa fuisset,
Quam nobis: quid nunc esset vetus? aut quid haberet,
Quod legeret, tereretque viritim, publicus vsus?

Idem lib. 1. Epp. ep. 6. ad Numicium

Viue vale. Si quid nouisti rectius estis,
Candidus imperti: Si non, His vtere mecum.

Digitized by Google

LEONI X.
PONT. MAX.
M. HIERONYMI VIDAE CREMONENSIS, ALBAE EPISCOPI
ODE,
Ex libro Hymnorum.

Ecquis ò letum Leo, gratus vrbem
Erigit timor, fera te parare
Barbara iàm iàm Latio imminenti
Funera genti?
Mactè qui tantos animos superbus
Concipis magnis noua te triumphis
Gloria inuitat, noua Laurus, ô ter
Maxime Regum.
O diem illam, quâ, rediens in Vrbem,
Arduis figes spolia ampla templis,
Quem duces omnes sacra Vaticani ad
Limina ducent!
Ante deiecti capita alta Reges
Efferi incedent minor ibit ille,
Qui modò, deuicto Oriente, Roma
Dira minatur.
O vbi hîc captas numerabis vrbes,
Et Ducum vitâ exuuias carentum
O, tuum quæ tunc merito lacessent
Gaudia pectus!
Ergò agè, arrectam Ausoniam, & paratos
Publica Europæ voca ad arma Reges,
Iamque spumosum videam latere

Classe

Classibus æquor.
Hoc auent omnis Itali, Exteriq;:
Gestiunt cunctis animi: *paratur*
Martis ad præclara opera, & labores;
Pulchra Iuuentus.
Ipse ego, *quamuis aliâ nitêre*
Mens erat Lauro, ardeo nunc amore
Martis, armorumque; *tui relinquunt*
Phœbe calores.
Nunc vocant artes aliæ, iuuet me
Iam grauem ferri strepitum, tubasque
Horridas audire, iuuet ruenteis
Cernere turmas.
Iam mihi densum videor per agmen
Casside inclusus caput insuetum,
Funera horrendum fera fulminanti
Spargere dextra.
Non ego pro Te, Laribusque & Aris,
Horream & extremos penetrare ad Afros,
Non ego Xanthum galea caua potare, nec
Indum.
Pulueris multum, patiensque solis,
Ibo, quo Bellona vocabit, & Mars,
Hostium irrumpens cuneos ahenâ
Luce coruscus.
Et mihi pectus, mihi sanguis, & vis
Viuida, est præsens animus. *trementi*
Barbari tellure cadent mea sub
Cuspide Reges
Ante me haud alter vacuus timoris
Audeat muros superare capti

Oppidi: Nemo prior abſtinatus
Rumpere in arces.
Forſan & veſtros aliquis triumphos
Dum canet Vates, Aſiam, Africamque
Cedere, & victum iuga veſtra ferre
Protinus Orbem,
Me quoque Heroas memorabit inter
Maximos. Noſcent animæ in periclis
Prodigum, expertemque metûs futuræ
Sæcula Vidam.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM MEMORABILIVM, QVAE HOC Libro continentur.

A

ABnegare seipsum, maius est, quàm abnegare sua 310.

Abrahamus litis cũ Loto pertæsus 136.

S. Acatij pietas erga pauperes. 321

Acetum cauendum, ex dulci confectum vino 135.

AEliani locus 262.

AElius Hadrianus Imperator, occulta munificentia, multis à Regibus pacem impetrauit 118

AEmylius Romanus, victor Macedoniæ, de vniuersa præda Regia ne filio quidẽ suo quidquam dedit, præter bibliothecam. 224.

AEneæ Syluij locus 82.

AEsculapij barba aurea 332.

Agathocles irrisus vt indigens, quid responderit. 391.

Alexander Magnus laudatus. 63. ingentes exercitus nunquam duxit. 235.

Alexander & Tamerlanes, maximi bellatores 372. 390. eorum potentia formidabilis ex paruis initiis orta 390.

ab Alexandro irato prouocatum ad eundem Alexandrum pacatum 51

Alphonsus Aragonum Rex erga Pontificem Rom. beneficus 216

Ama tanquam osurus 133.

D. Ambrosius Imperatorem ausus corripere 22.

D. Ambrosij in Theodosiũ Imperatorem audacia 63. Locus 327.

Amnestia Græcorum 99. 103. 104.

Amnestiæ exempla. 101. 102. 103. 104 & seq.

Amor alterius amore pellitur. 148.

Digitized by Google

INDEX

Anathema Maranatha 306.
Antonij Cordubensis locus 359.
Antonij Gueuarræ locus 102. Episcopi ex Minorita ibidem.
Apelles pictor admonitus à sutore, Veneris crepidas emendauit 181.
Appij Claudij ad Romanos de bello verba 188.
Asturia, vrbs Hispaniæ, nobilium equorum ferax. 264.
Athenienſium milites in castris aquæ potu contenti. 384.
D. Auguſtini locus 25.36.52. 53.167.200.252.326.
Auguſtus Cæſar laudatus 63. bellum ciuile deteſtatus. 136.
Auguſti Cæſaris in Cinnam inſignis amneſtia 104.
Auris Batauæ 82.
Aurum Toloſanum 331.

B.

Babel turris adificari cœpta. 96.
Balduini Regis Ieroſolymorum, pro Venetorum imperio decretum 221.
Bapt. Mantuani locus 253. 254.
Baſilij cubicularii opulenta prædia 214.
Baſilii Imperatoris edictum. 295.
Batauæ auris 82.
Belgæ cuiuſdam prudentis locus 393.
ad Belgij Ordines locus 18.
Bellerophontis fabula 57.
Bellum pacis obtinendæ cauſa gerendum 116.
Bellum vt finiri duello poſſit. 137.
Belli cauponationes nundinationeſve per lyra vtperata 119.120.
Bello aduerſus Turcam ſuſcepto, nullum iuſtius. 203.
Bella facilia quæ ratione fiant 266.
D. Bernardi locus 23. 56. in 339.
Beſſarionis locus 318.
Boamundi Principis factum inter milites 295.

Digitized by Google

Bonauentura locus 358. 361.
Bucephali phalerati mos 80.
Bunas vt litis inter Calydonios & Eleos decisionem distulerit 172.

C.

Cæsar ad Consulatum non admissus à Romanis, ipsorum Dominus factus est, per q̃ vim imperauit. 86.
Calyphas Mahometana superstitionis Pontifex auarus, quæ ab Haalono passus 316.
Carionis Chronici locus 163.
Caroli Martelli & Eudonis, licet inter se hostium, firma aduersus Saracenos concordia 210.
Caroli Quinti Gãdauum aduentus 95.
Carthaginensium fœminarum miuuãda patria studium 380.
Carthago non deleta funditus, auxit Scipionis laudẽ, 36.
Catilina sceleris sui conscios ad iusiurandum vt adegerit 212.
Cato, pater patriæ 129.
Catonis maioris de Patrefamilias interrogati responsum 375.
Chabriæ Athenienſis, Imperatoris & Philosophi dictum 248.
Chartulæ signatæ loco monetæ 348.
Chrysostomi loci prolixiores. 38 39
Christianorum exercitus in Turcam, vt facillimè & vberrimè possit ali 288.
Christophorus Columbus, celebris terrarum orbis lustrator 4.
Christophori Richerij locus 367.
Cicero, pater patriæ 129.
Ciceronis loci 32. 35. 86. 101. 118. 224. 245. 248.
in Cinnã Augusti Cæsaris amnestia insignis 104.
Claudia vestalis, dubia apud Romanos castitatis, quomodo pudicitiam suam ipsis testatam fecerit 186.

Digitized by Google

INDEX

Claudiani locus. 119. 170. 269.

Concilij Lateranensis decretum contra non personaliter accedentes 350.

Condalii in colligenda pecunia astutia 337.

Constantinopolitani propter auaritiam, aeternæ seruituti & infamiæ obnoxij 317.

Constantinus Magnus pacificus 25.

ad Corinth. locus 22. 168. 191.

Coriolani animus in senatū Patriamque hostiliter accēcensus, Volumniæ matris flexus est precibus. 70. 72.

Corium signatum loco monetæ 348.

Crates Thebanus, conciliator pacis 26.

Crucis susceptio pacem operata inter duos, antea numquā reconciliabiles. 163.

ad Crucis in Banaria victimisque locis prædicationē quanam die maxime obseruanda contigerint. 162.

Cubicularij cuiusdā opulentia 214.

Cyri regis admonitio ad filiū Cambysen 78.

Cyrilli Episcopi liberalitas in pauperes 321.

D

Danielis locus 340

Danubius fluuiorum rex. 267

Demarathus cladem Xerxi prædixit 234

Demosthenes populi robur. 72. Consiliis suis toti Græciæ salutaris. Ibid.

Demosthenis loci 99. 100. 182. 199 278. 294. 365. 372. 377.

Desperatio periculosa 77.

Deuteronomij locus 84. 361

Dionysius tyrannus, sacrilegus. 331.

Duelli seu Monomachiæ exempla 138.

Duello vt bellum finiri posset. 137.

E

Ecclesiæ thesauri in quem vsum

Digitized by Google

vsum seruati 320. 321. 322. & seq.
Ecclesiastici ad contributionem aduersus Turcam incitantur 307. 311.
Eleemosynis redimenda peccata 340
Elisabetha Hispaniarum Regina de Monialibus, quæ in lupanaria tranfugerant, responsum 359.
Eloquentia vt perficienda. 181.
Ennij locus. 119.
Ephori; magistratus Lacedæmoniorum 26. 58. 172.
Episcopis olim aureis pedum erat ligneum: nunc aureum pedum ligneis est Episcopis 329.
Equas hausto Fauonij spiritu concipere 264.
Erasmi loci. 176. 177. 377.
Esclebij Dominus, à fide, rerũ experientia. & Principum fauore, laudatus. 9.
Eteoclis & Polynicis fratrũ, mutuis vulneribus interfectorum, odium inter se etiam post mortem viguit. 74.
Eudo nobilis, fortunæ tenuis Ducatu Burgundiæ potitus vt fuerit 58. 173
Eudonis & Caroli Martelli hostium vnanimis contra Saracenos fides. 210
Exercitus Tamerlanis necessariarum rerum afflentia 367. à rapinis continentia. ibid.
in Exercitu quæ requisita, 353.
Exodi locus 361
Ezechias necessitate compulsus quid egerit 321.

F

Fabij Cunctatoris iudicium, vt homines demulcendi. 78. Dictum de nauis rectore. 227. Tractatio cum populo Rom ne filium suũ, alioqui illustrem, Consulatus dignitate onerarent 231.
Fausti Andrelini locus. 193.
Fecialium apud Romanos ius sanctissimum. 171.
Feneſtella locus 172.
Ferrum tundendum candẽs. 192.
Flori locus 304. 379.

B. Fran-

Digitized by Google

B. Francisci inter Turcarum sacerdotes conatus. 184.
D. Francisci pietas erga pauperes, 321.
Fratrum inter se ira, & vindicandi potestas, in mutuum amorem versa. 70.
Friderici Barbarossæ ad militaturos sibi edictum.
Godefridi annalium locus 163.
Gordius rusticus, rex factus 239.
Gregorij Nazianzeni locus. 136.
D. Gregorij locus. 310.
M. Gulielmus, Gallus, parasitandi arte nobilis. 8. à nauigandi peritia, rerumq; vsu commendatus. 9.

G.

Galeni decimo quoque die abstinentia 297.
Galli naturales præsint vrbibus arcibusque Galliæ 79.
Gandauum Flandriæ Metropolis, à septem Principibus olim integro septemtio obsessa. 244.
Gedeon agricola, Dux Israelitarum factus. 239.
Geneseos locus 7.
Georgij Sabini locus. 210.
Germanorum quondam, sub Carolo Magno, in regno curiaque Gallorum autoritas. 83.
Gloria parit æmulos. 236.

H

ab Haalono Tartaro quæ passus Calyphas, Mahometanæ superstitionis Pontifex auarus. 316
Helena in connubium ab omnibus principibus & regibus expetita 208.
Heli summus sacerdos, cur se, filios, posterosque, cùm sacerdotio, & arca fœderis perdiderit. 56.
Heluetiorum [illegible] hosti patria mos. 161.
Henrici IV. Gallorum Regis animosa aduersus Turci vox 378. AErarium paratum in nouennale bellum [illegible]

contra Turcam. Ibid. In ciſta centum millia equitum ſtabulantia. Ibid.
Herbam porrigere, eſt ſe victum profiteri. 124.
Heſione Telamoni ab Hercule in vxorem data, fortitudinis præmium. 216.
Hiſtorici cuiuſdam locus. 88.
Hiſpanicum prouerbium. 90. 108. 142.
Hiſpani naturales oppidis & caſtris hiſpaniæ præfiuiãtur. 79. 107.
D. Hilarij locus. 306.
Hieronymi loci. 226.
B. Hieronymi cum Ruffino diſſidium 25.
Homines vt demulcendi. 78.
Horatij locus. 26. 62. 157. 193
Hoſtis intelligẽs quibus contigit, felices. 202.
Hoſtes magis fame, quam vi armorum debellantur. 122.
Humiles & quieti poſſidẽtur à ſpiritu Dei. 52.
Hydruntum, extremum Italiæ oppidum. 261.

I.

Ieiunium Decumanum. 297.
Ieremiæ locus. 202.
in Imperatore ſummo quæ requiſita. 245.
ab Imperatoribus, & Regibus, collegæ ſeu coadiutores aſſumpti. 256. 257.
Inducirarum quanta ſæpè vis 52. 53. 54. & ſeq.
Inimicus qua vincendus ratione. 82.
ab Innocentio III. quæ poteſtas Epiſcopis facta 291. Et quæ contributio aduerſus Turcam. 311.
Iohannis Heroldi conſilium. 363
Ioh. Marianæ locus. 323.
Iouis aurea barba, & chlamys aurea. 331. 332.
Iſaiæ locus. 111. 113.
Iſigerdis cum Romanis inducia. 54.
Iſocrates dexterrimus negotiorum politicorum tractator. 111.
Iſocratis locus. 111. 162. 208. 254.

254.363.392.393.
Iubileum Politicum. 105.
Iuno deorum regina, supplex AEolo facta, quare 118.
Iunonis verba de sui conceptu. 188.
Iustitiam sequitur pax. 92.
Iuuenalis locus. 4. 236.

L.

Lacedæmoniorũ erga Samios fides. 297.
Lalij Zecchij consilium prudens 54.
D. Laurentius Ecclesiastici thesaurifidelis in pauperes dispensator. 320.
Legi pareat legis autor. 170.
Leones vt cicurandi commodissimè 98.
Leonis Papa locus 320.
Leonis Magni locus 298.
ex Leonis Decimi in Pontificem eligendi articulis locus 174.
Liberi tractandi quomodo 78.
Liuij locus 114. 227. 230. 313. 320.
Lucani locus 31. 33. 114. 364.
Lucij Valerij Consulis Romani paupertas 224.
ex Ludouici Regis Francorum gestis locus 274.
Luxus vectigalium magnus helluo 377.
Lycij alendæ comæ studiosi 337.
Lycurgus abrogata aurea & argentea moneta, ferreã induxit 343.
Lyrani locus 322.

M.

Machabæorum locus 223.
Macrobij locus 182.
Mahometismi proprium, inculcare sua gladio. 37.
Mali grauioris vitandi causa, posit ne committi grauius 40.
Marci locus 324.
Matthæi locus 326.
Medici quinam odiosi. 75.

Digitized by Google

Qui verò desiderati. ibid.
Medicorum de percussoribus & homicidis opinio 74.
Melitij cuiusdam ad Paulinum quemdam locus. 186.
Menenij Agrippæ inopia. 224
Milites certum tempus, nec longum illud, militent. 365.
Milites in castris Tamerlanis rebus semper affluebant: & à rapinis abstinebant maxime. 367
Militum à vino temperantia. 384.
Monachi seruis pares. 356. Ideoque rasa habent capita. ibid. Mortuis accensentur, ciuili ratione. ibid. Deo militant. 357.
Monetarum pretia tanti sũt, quanti vult princeps 343.
Monomachiæ exempla. 138. Menelai & Paridis. ibid. Dauidis & Goliathi. Ibi. Edmundi Regis Anglorũ, & Canuti. Ibi. Alexandri Magni, & Pori. Ibid.
Morbi quidam curando fiunt epiores. 35.
Mortem timet minus, minus delitijs assuetus 309.

N

Nestor Homericus, conciliator pacis 26. 58.
Nicolai VVimmanni locus 261. 278.
Noæi Ducis bellici oratio militaris. 232. 233.

O

Oderis tanquam amaturus. 133.
Olai locus. 99.
Onosandri locus. 238. 272. 276.
Orbilij similes exautorandi. 74.
Oto Cæsar quantopere bellum ciuile exhorruerit. 136.
Ouidij loci. 28. 33. 35. 72. 81. 92. 116. 148. 171. 377.

Digitized by Google

P.

Palladij locus 27.
Paridis iudicium inter tres deas 60.
Parsimonia vectigal magnū, 377.
Patrisfamilias officia. 375.
Pax iustitiam sequitur. 92.
Pax vt habeatur, gerendum bellum 116.
Pacis conditiones. 65. 66.
Pacis publica omnium regnorum Christianorum obtinenda rationes optimae. 148. 164. 165.
Pacis querimonia 176.
Pacem publicam turbantis poena, Cæsare foris belligerante, 210.
ad Pacem viam quanam. 99.
Peccata eleemosynis redimenda 340.
Pecunia aurea & argentea abrogata, ferrea successit 343.
Pedum olim ligneum Episcopis erat aureis, iam contra, pedum aureum est Episcopis ligneis 329.
Perdēdum aliquid, vt tempus habeamus quietum 135.
Perdix comedenda calens 192.
Petri Eremitæ oratio, ad Corbahamum Principē, Antiochiæ obsessorē 144.
Phaethontis fabula 57.
Philippus I I. Hispaniarum Rex de Episcopo Leodie, bene merito 216.
Philippi Galloruim Regis decretum 292.
Philippo Francorum regi, & Richardo Anglorum, victoria de Ierosolymis propter discordiā è manibus extorta est 213.
Philotis siue Tutela ancillula matronis omnibus Romanis pudicitiam & libertatem vt conseruarit 182.
Phraotis Indorum regis de cicurandis leonibus iudicium 78.
Pÿ I I. loci 73. 162. 228. 26

Digitized by Google

Pisistratus Atheniensium tyrannus, quo pratextu in officio populum cõtinuerit 199.200.
Pisistrati tyranni amnestia in quendam ingratum & contumeliosum. 104.
Pittaci dictum. 170.
Platonis locus. 384.
Plauti locus 374.375.
Plutarchi locus. 171.176.
Pluuia argentea. 286.
Politicum Iubilæum. 105.
Polonia ad inuadendum Turcam opportuna. 266.
Polonia laus. 266.267. & seq.
Polynicis & Eteoclis fratrũ, vulnerib. mutuis interẽptorum, inimicitiæ etiam post mortẽ perseuerarunt. 74.
Pontificis Roman. potestas. 22.
Pontificis Romani officium principibus inter se bella parantibus 55. 56. & seq.
Pontij Cominij factum. 260.
Popellus melius de Principe iudicat, quàm princeps ipse: & Princeps de populo melius, quam populus ipse de se. 181.
Potestas emitur virtute. 288.
Princeps ne bellum gerat assiduè cum vicinis 54.
Et multominus cum subditis. Ibid.
Principes ipsi præliis interfint, dum bella gerũt. 124. 126.
Principes omnes Christiani iungant arma socia aduersus Turcam. 206. 207.
Prouerbiales sententiæ. 117.
Prouerbium Hispanicum. 90.
Prouerbiorum locus 18.
Psalmistæ loci. 194. 388, 389.
Pudicitia & libertas, matronarum omnium Romanarum, industria ancillula conseruata. 182.
Pyrrhus Epirota qua in Italiam irruperit. 260.
Pyrrhi regis ad Romanos generosa vox. 119. Dictum. 248.

R.

Rebecca matris Ecclesiæi-

Digitized by Google

mago. 56.
Reges & Principes ipsi suis praelijs interſint. 124. 126.
Reges facti ex humili conditione 239. 240.
Regibus parent leges 90.
Regni firmitas amicorum multitudo. 78.
Rheginorum erga Tarentinos à Romanis obseſſos pietas 297.
Richardi Anglorum regis, & Philippi Francorum, diſcordia victoriam de Saladino paratam fecit irritã. 213. 228.
Roberti Normanniæ ducis modeſtia, in non ſuſcipiendo Ieroſolymorum regno, ſibi tamen à Principibus oblato 222.
Rogeri annalium locus 290.
Romani Cæſarem ad Conſulatum non admiſſo Reipublicam perdidere 86.
Romani ciuilibus inter ſe diſcordijs poſitis, concorditer in communem hoſtem ruebant 160.
Romani ab Hannibale ad Cannas victi, AErarium inops vt reparetur. 379.
Romuli cum Veientibus inducia 54.
ad Rudolphum II. Cæſarem admonitio pralixior 178. 179.
Ruffini & Hieronymi diſſidium 25.

S.

Sacrilegia Ethnicorum 331. 332. &c.
Salluſtij loci 83. 84. 212. 308.
Satanas tentator Chriſti. 184.
Scanderbergus, alias Caſtriotus, magnos exercitus nũquam duxit 235.
Scipio Naſica laudatus, Carthagine funditus non deleta 36.
Scerdilus Dacorum rex. 161.
Scripturæ ſacræ loci 22. 187. 315. 361.
Scytharum admonitio ad Alexandrum Magnum 104
Sebaſtiani de Flechenſtain ſtrenui nobilis, in repudiando Turca lytro, generoſa

Digitized by Google

rosamens. 225.
Senecaloci. 24.62.67.92. 223.
Seruus fugitiu⁹ leoni mauult subijci, quam implacabili domino 77.
Sigismundi Poloniæ Regis ad barbaras Magni Turcæ literas responsio 396.
Soloni qua ciuitas benevideretur instituta 208.
Spiritus Dei tantum requiescit super humiles & quietos 52.
Syncretismum facere 161.
Synodi Romanæ decretum. 306.

T.

Tamerlanes ex ouium pastore, vel subulco, ad regnum euectus 239. *absternius in exercitu* 384.
Tamerlanis, barbari licet hominis, post deuictum Baiazetem Turcarum Imperatorem, generosa oratio 224.
Tamerlanis dicta 289.
Tamerlanis exercitus necessarijs rebus affluebat: sibiq; à rapinis maximè temperabat 367.
Tamerlanis prudentia militaris 372.
Tamerlanis & Alexandri ex initijs paruis orta formidabilis potentia 390.
Tarquinienſium inducia cum Decio 54.
Telamoni ob fortitudinem bellicam Hesione in vxorem ab Hercule data. 216.
S. Telemachi factū 24.
Tempora tempore tempera, 193.
Terentij locus 76. 78.
Themistoclis dictum 249.
Theodosii Imperatoris decretum sapiens, in gratiā morte damnatorum & proscriptorum 51.
Theodosii Imperatoris factū 63.
Theopompi Spartanorum regis institutum 58.
Theopompus Lacedæmoniorū rex, cur, vt Ephori crearētur, instituit 172.
Tibulli locus 24.
Timotheus Polioercetes in bello felix 250.

Digitized by Google

Tolosanum aurum. 331.
Tritici magna copia cœlitus cum pluuia descendens. 287.
Troiani somno vinoq; sepulti perierunt 385.
Tullus Hostilius pecoris pastor, ad regnum euectus. 239.
Tunetanus Rex à Carolo V. restitutus 216.225
Turca bellum quare non gerat assiduè cum vicinis. 54.
Turca regni gratia nec genuerò, nec socero, nec fratribus parcit 112.
Turca sine ratione cũ Christianis agit omnia 202.
in Turcam socijs armis coniurent principes omnes Christiani 206.207.
ad Turcam inuadendum quæ spectantia 259.
ad Turcam inuadendum via varia 261. 262 &c.
Turcarum Imperatoris litera, ad Sigismundum Poloniæ Regem, bellum denuntiantes. 114. Quibus de caussis ad S. Ludouicum Galliæ Regem deferenda 10. 11. 12. Inter Cælicolas beata vita fruentem 18. Quos aduersus immanissimi Turcæ barbariem, in concilium consiliumq; aduocet. Ibid.
Turcarum immanis, orbiq; terribilis potentia 391.
Turre cremata locus 310.
Tutela seu Philotis ancillula pudicitiæ & libertatis, in matronis omnibus Romanis, conseruatrix 182.

V.

Vbaldi Episcopi factum 24.
Vegetij locus 116.309.
Veneti quâ ratione Principes, ad obsidendam Ieroselymam proficiscentes, nauibus instruxerint 222.
Veritas ad tempus premitur, opprimitur nunquã. 194.
Vestalis Claudia, impudicitiæ suspectæ, castitatem suam Romanis vt probatam fecerit 186.
Victi erga victores rarò fidi. 194.

Victos

Digitized by Google

Victos se profitentes, herbam porrigebant 124.
Virgilij loci 2. 5. 6. 19 50. 72. 85. 95. 111. 145. 170. 213. 269. 295. 373. 385.
Virtute potestas emitur. 238.
Volumnia matris lacryma Coriolanum Senatui patriæq; infensum, permouit & reconciliauit. 70. 72.
Vratislauienses qua conditione recusarint homagiũ Bohemiæ regi 127.
Vrbanus II. Pontifex Rom. cur abierit coactus in Galliam 55.
Vulnera quadam curando deteriora fiunt 35.

X.

Xerxi clades exercitus à Demarathe predicta 234.

Z.

Zimischa Imp. Constãtinop. Christiani querela de opũ affluentia cuiusdam cubicularij seu Eunuchi. 214.
Zischca plebeius homo, in Bohemia Dux hæreticorũ 241.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google